nu. 7. par. 8. cum aliis ad terminos noſtræ quæſtionis rela-
tis per Bartholom. Stellam. apud Fuſar. dict. conſ. 19. nu.
4. & ſeqq. & ſub nu. 32. §. Reſpondetur tamen, propterea-
que vocatis agnatis, de omnibus de linea effectiva, &
contentiva intellexiſſe diſponentes communiter eſt tradi-
tum, ut per Caſtill. controv. lib. 5. cap. 93. §. 16. num. 44.
Odd. de fideicom. quæſt. 8. nu. 84. Camarell. de legat. lib. 2.
57 verb. agnati quæſt. 1. nu. 2. & 3. fol. 88. Staiban. conſil. 54.
nu. 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 645. nu. 2. & 3. Capon.
controv. forenſ. 52. num. 8. Bonden. collect. legal. 13. numer.
109. Rot. cor. Cerro dec. 321. n. 23. Et quidem de omnibus,
qui ab uno ſtipite, & familia deſcendunt, quamvis in gra-
du remotiſſimo: Sacca conſ. 65. ſub n. 9. vol. 1. Bernard. a
Pinna in tractat. de emancipat. ad fideicomm. agnat. relict.
venien. impreſſ. apud Maiſin. de confiſcat. ſup. alleg. quæſt.
29. n. 38. ad fin. Rot. in recent. dec. 15. ſub num. 32. par. 7.
58 quæ eſt coram Merlin. dec. 669. eodem n. 32. & coram Celſ.
dec. 341. n. 3. & alii ab ipſis allegati.

Eoque magis, quoties propter dilectionem agnatio-
nis, utque bona conſerventur in familia, fuit favore
agnatorum facta diſpoſitio, cum tunc non ſolum confun-
dantur lineæ, ac uno eodemque nomine agnatorum ve-
niant omnes utriuſque lineæ, ſed fortius illi de linea con-
tentiva, cum tunc diſpoſitio dicatur favorabilis ratione pu-
blicæ utilitatis, ideoque præcipuè agnatis lineæ conten-
tivæ, diſponentes intellexiſſe cenſentur Mantic. de conject.
ultim. volunt. lib. 8. tit. 12. ſub numer. 20. verſic. ſed ego,
Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 88. nu. 20. Simon.
59 de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib. 3. interpret. 2.
dub. 1. fol. 11. numer. 43. Molin. de Hiſpan. primogen. lib.
1. cap. 4. numer. 40. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 4.
cap. 9. num. 75. Cuman. conſ. 2. num. 4. & ſeq. Cephal. conſ.
313. num. 61. lib. 3. Honded. conſ. 4. num. 25. tom. 1. Pere-
grin. conſ. 149. ſub n. 10. verſ. Quarto extat vol. 5. Donde.
conſult. 4. num. 33. Armenzan. deciſ. 2. num. 19. Rot. coram
Emerix Jun. deciſ. 1256. num. 4. & 5. & in recent. deciſ. 7.
num. 15. part. 10. Præſertim quoties per Statutum, prout
in caſu noſtro, agnati fuerint vocati uſque ad certos gra-
dus, nedum quia quando Statutum vocat agnatos per gra-
dus, nonniſi de tranſverſalibus, & collateralibus intel-
60 lexiſſe videtur, quia computatio graduum ad cognoſcen-
dam, & regulandam ſucceſſionem fit dumtaxat inter col-
laterales, non vero inter deſcendentes, inter quos datur
ſuccedendi prærogativa, ratione ordinis, non ratione
gradus, qui reſpectu ſtipitis ſemper eſt primus, juxta
cumulata per Rodoer. in comment. ad Reg. ad Regn. Neap.
pragm. 33. de feud. cap. 8. ſub num. 6. verſ. quæ ſane verba,
ſed etiam quia quando Statutum vocat, prout in caſu no-
ſtro agnatos uſque ad ſextum, vel octavum gradum reſpe-
ctivè, cum impracticabile ſit, quod quis decedat relicta
61 fœmina, & agnatis de linea effectiva in ſexto, & octavo
gradu; neceſſario inferendum, quod ſtatuentes de linea
contentiva voluerint intelligere, ne ſuper inſolito, & im-
poſſibili diſpoſuiſſe videantur, ut in ſimili Statuto bene ar-
guit Rot. coram Peuting. dict. dec. 371. numer. 15. & antea
motivaverat inter diverſ. deciſ. 326. ſub nu. 8. par. 1. Pro-
62 ut prorsùs ob id favore collateralium, ſeu tranſverſalium
fuiſſe conditum noſtrum Statutum præcipuè ſupponit De
Luc. de ſucceſſ. ab inteſtat. dict. diſcur. 8. ſub numer. 20. & de
fideicommiſſ. d. dicurſ. 231. ſub numer. 27. quatenus dicit,
quod dum excludit fœminas quantumvis proximiores per
tranſverſales uſque ad octavum gradum in Civibus Floren-
tinis, & Incolis, juxta patrias leges, & mores, agnationis
dilectio, & contemplatio magis præſumenda eſt, præmiſſo
prius, quod dictum Statutum omnium melius, ac forte ſin-
gulariter, reſtituit antiquos Italiæ, & Romanorum mo-
63 res, ac Jura per quæ fœminæ, ſtantibus maſculis a ſucceſ-
ſionibus repellebantur. Et ſine dubio quoties tempore de-
latæ ſucceſſionis linea effectiva locum habere non poſſet, ut
quia nullus ex deſcendentibus extaret, vel omnes eſſent
defecti, ſicuti contigit ad præſens, dum Braccius de cujus
hæreditate agitur, deceſſit ſine liberis, qui neceſſario re-
quirerentur ad efficiendam lineam effectivam, ut occaſio-
ne ſimilis Statuti bene differit Actolin. reſolut. 13. nu. 13.
& generaliter exornant Cur. Jun. conſ. 5. num. 10. Cephal.
dict. conſ. 313. num. 58. lib. 3. Silvan. conſ. 18. num. 6. in fin.
& num. 7. Eugen. conſ. 42. numer. 42. lib. 2. Carol. Roſa in
gloſſograph. ad conſuetud. Neapol. ad conſuetud. ſi moriatur de
ſucceſſ. ab inteſt. num. 358. & ſeqq. Camarell. de legat. lib. 2.
verb. familia quæſt. 16. num. 9. Crivell. Dolan. dec. 109. nu.
15. Fontanell. Cathalon. dec. 36. num. 11. nam ſi alias col-
laterales non ſuccederent, bona in agnatione non conſer-
varentur, quod eſſet contra mentem, & finem ſimilium
Statutorum, quæ propterea quoties favore agnatorum di-
ſpoſuerunt, ſemper in caſu, in quo alias agnatio deficeret,
& extingueretur de collateralibus, & linea contentiva
ſenſiſse eſt dijudicandum, quia per hos etiam familiæ, & 64
agnationes conſervantur, juxta ea, quæ cum aliis latè
tradit Knipſchildit de fideicomm. familiar. nobil. cap. 8. ſub
nu. 22. verſ. contrarium, & nu. 23. cum pluribus ſeqq. affe-
rens optimos Textus in l. omnia 32. §. In fideicommiſſo, &
in l. peto 69. §. Fratre ff. de legat. 2.

Nec opponi poterit ad præſens, quod ii, qui ſunt extra
gradus, ſive a Statuto, ſive a Jure communi ad ſucceden-
dum conſtituti, deſinant dici agnati, ac quod ultra deci-
mum gradum, intra cujus limites dumtaxat ex ejuſdem
Juris Communis præſcripto, quem uti agnatum ſuccedere
valere, videtur communis Doctorum traditio, nulla am-
plius detur agnatio, nec propterea Fratres de Ricaſolis,
dum ex parte Patris, ſeu virilis ſexus, per quem conjun-
cti regulariter agnati dici ſolent longe ultra dictum gradum
a defuncto diſtent, nomine agnatorum minime ſint intel-
ligendi. Etenim omiſso pro nunc, quod data in ipſis qua-
litate agnatitia ex parte Patris, & proximitate ex parte
Matris, Viro, qui fuerat de eadem familia, & agnatio-
ne, dum viveret nuptæ, iſtæ inſimul unitæ ſatis ſuperque
ſunt ad hoc ut tanquam agnati, & intra gradus etiam a Sta-
tuto volitos ad ſucceſsionem de qua agitur, ſint dicendi vo-
cati, cum de hoc infra latè ſit agendum. Animadvertεn-
dum quod quotquot ſunt, qui id aſſerunt loquuntur, in
caſibus ſucceſsionum, & ad effectum ſuccedendi dumta-
xat, non autem ad decernendum quis ſit, quive ſimpli-
citer dicatur agnatus, quod eſt valde diverſum; aliud ſi-
quidem eſt quod quis dicatur, & ſit verè, & propriè agna-
tus, aliud vero quod quis habeat etiam jura agnationis,
itaut illi ſuffragentur ad effectum ſuccedendi vigore ſucceſ- 65
ſionis legalis, ut animadvertunt Gozadin. in repet. l. qui ſe
patris numer. 21. C. unde liber. tom. 2. Rep. Civil. fol. 142.
juxta veter. impreſſ. Vulte. ad princ. Inſtit. de legitim. agna-
tor. ſucceſſ. numer. 9. Bald. conſ. 30. ſub num. 3. lib. 1. Bero.
conſ. 146. num. 9. vol. 2. Bonden. collect. legal. 25. num. 48.
tom. 2. Rot. coram Duran. deciſ. 36. num. 11. Ideoque dato
pro vero, quod jus ſucceſſionis in agnatis non ſe exten- 66
dat ultra decimum gradum, dum non deſunt, qui con-
trarium ſtrenuè tuentur non tamen inde poterit elici quod
ultra illum gradum non detur agnatio, cum imo clari Juris
ſit, illam in infinitum ſe protendere, & dari agnatos, quam-
vis milleſimo gradu diſtent, ut clare conſtat ex l. 2. §. agnati
ff. de ſuis, & legitim. hæred. abſque eo quod jus ſuccedendi
ad id obeſſe poſſit, juxta latè deducta per Lancellott. Gallia 67
conſ. 16. num. 30. & ſeqq. Sacca reſponſ. 65. num. 5. & ſeqq.
Et quidem jure, cum agnatio ſit quoddam jus ſanguinis,
ſicque naturale, & immutabile, quod nullo Iure Civili
dirimi, aut diſſolvi valet, ut per Text. in l. jus agnationis ff. 68
de pact. & l. Jura ſanguinis ff. de regul. jur. bene adnotant
Comment. ad conſuet. Pariſienſ tit. 1. de fieſſ. §. 13. ad verb.
pour ſont droit d'aiſueſſe, ſub nu. 29. verſ. moveor. qui a fol.
252. juxta recent. impreſſ. Pariſ. Manſ. conſult. 105. nu. 52.
in ſupplement. fideicommiſſ. & legat. ſive volum. 9. Rot. co-
ram Celſ. dec. 341. num. 9. Prout ſane Iuris Civilis ſunt ſi-
miles ſucceſſiones hæreditariæ, ut ex cumulatis per Vaſqu.
lib. 3. illuſtr. controv. cap. 100. num. 2. & Robles de repræ- 69
ſentat. lib. 2. cap. 14. num. 5. in fin. verſ. lex enim civilis,
ſive ex Teſtamento, ſive ab inteſtato illæ deferantur, Faber.
in juriſpruden. Papin. ſcient. tit. 2. princ. 5. illat. 1. & 2. At-
que propterea Fratres de Ricaſolis, poſthabito Iure ſucce- 70
dendi, erunt dicendi vere, & proprie agnati, etiam ſola
perſona patris inſpecta, dum habent initium agnationis,
utpote quia deſcendant a communi ſtipite, a quo agnatio
derivatur, & cui omnes ab eo deſcendentes coniungi ne-
ceſſe eſt, Sacca dict. conſ. 65. n. 5. in fin. quamvis alias illo 71
reſpectu ſint poſiti extra gradus ſucceſſionis, cum id non
faciat, quòd ipſi non dicantur deſcendere ex cauſa natu-
rali, qua agnati dicuntur omnes deſcendentes a communi
ſtipite, eodem planè modo, quo ex eadem cauſa naturali
eſſent dicendi agnati, ſi uti tales reperirentur in gradu ad
ſucceſſionem exoptato, cauſa autem naturalis nequit reci-
pere mutationem ab effectu civili ſuccedendi, juxta ea, 72
quæ ultra paulo ante deducta colligunt communiter DD.
ex §. Sed hodie Inſtit. de adopt. & in ſimili diſſerit Ga-
na-

naverr. Camer. Summar. Neapolin. dec. 1. numer. 50.
& 51.

Nullatenus refragante quod ad hanc certiſſimam veri-
tatem obumbrandam contendatur, Deſcendentes à com-
muni ſtipite uſque ad gradum illum, in quo deſinebat ſuc-
ceſſio, Agnatos fuiſſe dictos, ſi verò illum fuerint ſu-
pergreſſi, non Agnatos, ſed Gentiles fuiſse appellatos.
Cum id ſit contra omnem antiquitatis fidem; Etenim etiam
eo tempore, quo Jura gentilitia vigebant, quæ hodie in
uſu non ſunt, ſed Jura agnatitia tantum, quæ porriguntur in
73 infinitum, ut inquit, & animadvertit Cuiac. comment. in
lib. 7. reſponſ. Papinian. ad l. octavi gradus 9. unde cognat.
oper. tom. 4. fol. 965. Agnati ab inteſtato venirent gradatim
uſque in infinitum, vel Jure civili, vel Jure prætorio per
bonorum poſseſſionem undè legitimi, necnon deficienti-
bus Agnatis ad hæreditatem etiam in infinitum ex duode-
cim Tabulis vocabantur Gentiles, & quidem, ut Agnati
dicerentur ii, qui eſsent ejuſdem nominis, & familiæ, &
haberent eaſdem imagines. Gentiles verò ingenui homines
74 Parentibus orti, qui eſsent ejuſdem nominis tantùm, non
tamen ejuſdem familiæ, ut pariter adnotat idem Cuiac. ibi-
dem, & videtur etiam ſenſiſse nedùm in recitat. ſolemn.
ad tit. ff undè cognati ad leg. 1. verſ. erat autem, & verſ. agna-
tionis autem gradus oper. tom. 2. fol. 1234 & in Comment. in
lib. 1. Papin. de adulter. ad l. 1. de accuſat. & inſcript. verſ.
& ratio cur potius, oper. dict. tom. 4. fol. 132. in omnibus
juxta edit. Lugdun. anni 1606. utpotè quia itidem inibi di-
citur, quod Agnatio infinita eſt, nec ullo certo fine gra-
duum circumſcribitur, ſed ulteriùs in Comment. ad tit. 16.
75 lib. 5. ff. de verbor. ſignifi. ad lib. alienatione 28. verſ. ſic
etiam, ut oſtendit oper. poſthum. tom. 4. par. poſterior. fol.
547. juxta impreſſ. Pariſien. anni 1658. dum & idem aſſerit,
quod nempè agnatio in infinitum extenditur, nec coerce-
tur certis gradibus, & præcipuè præmittit, quod agnati
76 ſunt qui ex una, eademque ſtirpe, & familia. Gentiles ſunt,
qui ſunt ex diverſis familiis eodem tamen genere, eodemque
ſanguine, & nomine, quodve agnatio ex una ſtirpe conſi-
citur, Gentilitas ex pluribus ſic magis declarando, quod
Gentiles diverſi, imò ut ibidem ipſe inquit, ſeparati e-
rant ab agnatis quodve cum agnatis nonniſi ſimilitudine
nominis, non autem identitate familiæ conveniebant,
77 & licèt poſtmodùm ſubdat, quod jus agnationis dicatur
etiam jus ſtirpis, proximiuſque jure gentilitatis, quod-
ve Gentiles ſunt etiam agnatis, ſed communi Jure,
ſeù communiter; Non tamen indè valet inferri,
78 quod Cuiacius in propoſito nomen agnationis intel-
lexerit in ſpeciali, & propria ſignificatione intrà pro-
ximitatis limites circumſcriptum, ſicque diſtinctum à
generica ejuſdem appellatione, æquivalenti vocabu-
lo communem dicendo, cum non ſine magno auſu ſit
cenſendum, quod doctiſſimus & eruditiſſimus Vir rem
tam abſonam, & à nemine uſquàm excogitatam, immò
contrà ea, quæ ipſemet aliis in locis claris verbis expreſ-
ſerat, ac quod magis eſt contrà omnem Juris hiſtoricam
veritatem ſub involucro ambiguorum verborum volue-
rit aſſerere, prout reverà non aſſeruit, nam dum di-
xit. Sunt quidem Gentiles agnati, ſed communi jure,
& communiter nil aliud voluit verbo illo agnati ſignifi-
care, quam communionem ejuſdem ſtipitis, cujus uti
Gentiles participant agnati, quippe qui ex eadem origine
veniant, cujus originis radix ſunt Gentiles, ramus agna-
ti, & à qua aliæ familiæ, quaſi à fonte in plures rivos di-
ſtracto fuerant ortæ, additis propterea ſtatim illis verbis,
ſed communi jure, & communiter, ut exprimeret, quod
Gentiles dicebantur illi, qui ex generatione communio-
79 nem habebant ejuſdem gentis, quemadmodum ab Eru-
ditis eſt in re hac communiter traditum, & inter cæteros
ab Althuſ. dicæolog. lib. 1. cap. 7. nu. 13. ac ipſemet Cuia-
cius in verbis antecedentibus jam ſuprà recenſitis adnota-
verat, dùm dixit, quod Gentiles ſunt, qui ſunt ex diverſis
familiis, eodem tamen genere eodemque ſanguine, & nomine,
ſicuti etiam ob videtur dixiſſe, quod jus agnationis, quod
& jus ſtirpis dicitur proximiuſque jure gentilitatis, ut patet
ex ratione, quam ſtatim ſubdidit, nam ſanè, qui eſt ex
mea familia, mihi eſt proximior, quam is, qui eſt ex
alia familia, licèt ſit ex eodem genere, & ſanguine, equidem
intelligendo ſub nomine proximitatis illam cohærentiam,
& participationem, quam habebant tàm inter ſe, quam
cum ſtipite ii, qui erant unius familiæ, & unius ſtirpis,
quam non habebant alii, qui erant ex diverſis familiis,
& ſtipitibus, quamvis ejuſdem Gentis, ut quià primitus
ab eadem gente dimanaverint, & poſtmodum in diverſas
familias, & ſtirpes abiverint, prout erant Gentiles, qui
licèt cum agnatis gentilitium nomen haberent commu-
ne, hoc eſt nomen illud undè nata erant divortia familia-
rum, id non erant ratione familiæ, ſed ratione gentilitatis,
ideoque ut memoria generis maneret, Gentiles dicti,
quia ſimilitudine nominis conveniebant, ut præ aliis ani- 80
madvertit Conan. commen. jur. civ. lib. 2. cap. 11. ſub nu.
2. poſt. med. nunquam verò intelligendo illam proximita-
tem, juxtà quam gradatim quis ad ſucceſſionem inte-
ſtatam admittitur, & multò minus aſſerendo, quod du-
pliciter conſiderari valeat agnatio ſignificatione gene-
rica, qua Gentiles etiam agnati dicerentur, & ſigni-
ficatione ſpecifica, juxtà quam illi ſolùm eſſent dicendi
verè, & propriè agnati, qui intrà gradus in ſucceſſioni-
bus requiſitos reperiuntur, cum id nedùm voluerit aſ-
ſerere Cuiacius, ſed potiùs excludere, ut ſatis de ſe patet,
& præcipuè, dum ſtatim ſubdidit, quod agnatio in in-
finitum extenditur, non coercetur certis gradibus; abſque
eo quod ullius ponderis eſſe poſſit, quod ante omnia
adnotaverit, quod Gentiles ex l. 12. Tabularum præſcripto,
poſt agnatos tàm ad tutelas, quàm ad legitimam hæredi-
tatem fuiſſent vocati, cum iſtud jus ſuccedendi poſteriùs
non excludat, quin agnatio, quæ ut ipſemet ſcripſerat, eſt
ex una, eademque ſtirpe, & familia, potuiſset remanere
extincta per extinctionem illius familiæ, prout paſſim
evenit, ſicuti quod una familia extincta alia ſit vocata ex
eodem ſtipite, eodemque genere procedens ſicque, ſemper
magis verum ſit, & quod agnati dicantur omnes à com-
muni ſtipite deſcendentes in infinitum, & quidem ſine
ulla à jure ſuccedendi dependentia; quodvè Gentiles
fuerint, & ſint ab agnatis diverſi, & ſeparati, quamvis
agnati ſint Gentiles, & agnati ſimul, cum nemo ſit agnatus,
qui non ſit Gentilis, at non omnes Gentiles ſunt ejuſdem
agnationis, prout ultrà ea, quæ ſunt dicta colligere
eſt ex his, quæ de ipſis Gentilibus ſunt tradita ab Al-
berico, Prateio, Bertachino, Hottomano, Briſſonio, 81
Balyino, & aliis juris Laxicographis, necnon à Vulte.
in §. final. Inſtit. de ſucceſſ. cognat., Bachov. & Vinn. ad
princ. Inſtit. de legitim. agnat. tutel., Budæo annotat. in
Pandect. fol. mibi 52. lit. C. D., Forſter. de ſucceſſ. ab
inteſtat. lib. 3. cap. 24. axiom. 2. numer. 11. & 12. Gæd-
deo in l. ſi ipſe §. 3. ff. de verbor. ſignific. Knipſchildit de
fideicommiſſ. famil. nobil. cap. 1. numer. 75. Jo: Svevio de
verbor. ſignific. lib. 1. cap. 4. ad §. 1. l. 195. eodem tit.
Caim. lucubr. var. tit. de legator. & fideicommiſſ. orig.
&c. ad l. filius familias 117. §. Divi ff. de legat. 1. ſivè
par. 13. concluſ. 2. quæſt. 6. ſub numer. 105. Dracon. de
origin. & jur. patricior. cap. 8. numer. 5. Gravin. origin. jur.
civil. lib. 2. cap. 26. & 41. & anteà à Sigonio ſi benè
advertatur de antiq. jur. Civ. Romanor. lib. 1. cap. 7. &
clarius Emendat. lib. 2. in Robortell. lib. de nominib. Ro-
man. in cap. 19. 20. & 21. lib. 1. ubi de hoc expreſsè
agit; Adeòque multo magis erunt ad præſens dicen-
di agnati fratres de Ricaſolis, qui habent eamdem
naſcendi originem, quam habuit Braccius, de cu-
jus hæreditàte, & agitur, & ab eodem communi ſtipi-
te deſcendunt, & quidem per rectum deſcenſum, li-
cèt per lineam collateralem, cum iſta linea collateralis
ſit paralella, & habet relationem ad lineam recti de-
ſcenſus, cujus dicitur collateralis, quia deſcendit ad
latus lineæ, à qua deſcendebat Braccius, & utraque 82
derivatur ab eodem ſtipite, atque eidem jungitur ex
his, quæ ex l. ſtemmata, & l. Juriſconſultus §. idem
faciendum ff. de gradib. affinit. communiter tradunt In-
terpretes, atque in ſimili ęgregiè expendit Ganaverr.
d. deciſ. 1. numer. 44. & 45. ſicque quoad ipſos benè
verificatur, quod ſint illi agnati à Statuto con-
ſiderati, & vocati ratione conſervandæ agnationis.

Eademque ratione, argumentoque ab illa pariter
deducto, erit etiam clarum, quod idem Bettinus,
& Octavianus ſint dicendi illi Maſculi, de quibus Statu-
tum Florentinum in parte incluſiva, & qualitativa fue-
rat loquutum, dum per ipſos defuncti agnatio, &
hæreditas in agnatione, & familia conſervari poteſt.
Nam cum Statutum regulariter non præſumatur exclu-
dere fœminas uti fœminas, neque vocare maſculos uti
maſcu-

maſculos, ſed ad effectum conſervandi familias, &
83 agnationes, ex latè relatis per Michalor. de fratr. par. 3. cap.
9. num. 6. Pariſ. conſ. 48. numer. 10. conſ. 51. numer. 9. &
conſil. 63. numer. 14. lib. 2. Gargiar. conſ. 45. num. 39.
lib. 1. Rot. Flor. in Mot. impreſſ. apud Palm. Nep. Lucenſ.
deciſ. 266. num. 26. quatenùs excludit fœminas propter
maſculos ſemper eſt cenſendum intellexiſſe de illis ma-
ſculis, qui agnationem conſervant, vel conſervare
84 ſunt apti ex cumulatis per Spad. conſ. 319. num. 3. lib.
3. Gargiar. d. conſ. 45. numer. 34. lib. 1. Rot. diverſ.
deciſ. 376. numer. 4. & 7. par. 1. Undè occaſione diſſe-
rendi de hoc eodemmet Statuto Florentino, de quo eſt
ſermo, inter cæteros Angel. d. conſ. 283. ſub numer. 3.
verſ. undè neceſſariò videndum, animadvertit, quod
nulla alia ratio reddi poteſt, quæ fuerit cauſa motiva
Statuentium ad impendendum tantum favorem ma-
ſculis in ſucceſſionibus, niſi illa, quam conſideravit
antiquitas, quia nempè per maſculos conſervantur
85 familiæ, & Dignitates earum, ſubdendo propterea ſub
numer. 5. ad fin. verſ. Et hæc ratio, quod quoties
iſta ratio conſervationis, & perpetuationis generis,
& bonorum in familia, quod ſolùm eſt de mente
Statuentium, & ut & nos pluries diximus, eſt cau-
ſa finalis ſimilium ſtatutorum, nequit in maſculo ve-
rificari, utpotè quia vel naturaliter ratione alicujus vitii
ſpecialis, vel fortè per accidens, ſicuti ob ingreſ-
ſum in Monaſterium, aut quid ſimile, maſculus ad
conſervationem generis videatur ineptus, ſola qualitas
maſculinitatis non erit illi ſatis ad effectum ſucceden-
86 di ad præſcriptum ſimilium ſtatutorum. Atque ob id
pariter, quod per eorumdem Bettini, & Octaviani Ma-
ſculorum exiſtentiam, ſint prorsùs dicendæ rejectæ,
& in ſtatuti parte excluſiva compræhenſæ Magdalena
Matertera, & ipſorum propriæ Sorores, vel quia in
aliena familia, & agnatione tranſiverant, vel quia
ſolemni caſtitatis, & continentiæ voto ſe devinxerunt,
nec proindè valent ampliùs defuncti agnationem conſer-
vare, & perpetuare, dum ex hoc potiſſimùm quod
fœminæ extraneis Maritis nubendo de illorum fami-
87 lia, & agnatione efficiuntur, ſicque ad proprii generis
memoriam conſervandam, & perpetuandam remanent
prorsùs ineptæ, ſtatuente fuerunt moti ad illas excluden-
das, ut itidem ad terminos hujuſce Statuti proſequitur
idem Angel. ſub d. num. 3. ad fin. verſ. quæ conſervatio
& loquendo de ſimilibus ſtatutis aſſerunt Aretin. conſ.
141. ſub num. 1. verſ. ſecunda ratio fuit, Soccin. Jun.
conſ. 168. num. 58 & 59. lib. 2. Pariſ. conſ. 63. numer. 14.
& 15. lib. 2. Riminald. Jun. conſ. 275. numer. 37. & 38.
tom. 3. & conſ. 556. numer. 56. & 57. tom. 5. Mar. An-
guiſol. conſ. 13. num. 7. & 8. vol. 1. Buccafer. conſ. 32. n.
14. Gargiar. d. conſ. 45. num. 4. & ſeqq & num. 19. &
20. cum ſeqq. lib. 1. Caren. reſol. 129. num. 33. & ſeqq.
& præcipuè num. 35. Actolin. d. reſol. 13. num. 17. & 18.
Rodulphin. allegat. 173. num. 5. & 6. Manſ. con-
ſult. 101. memb. 7. ſupplem. fideicomm. & legator. ſive vol.
9. Rot. in recent. dec. 385. num. 34. & ſeqq: & præcipuè
num. 37. & 38. par. 9. & alii communiter ad terminos
noſtræ quæſtionis expenſis per de Pont. conſ. 154. num.
5. & 6. vol. 2. & per Rot. Floren. in Cauſa de Bar-
bolanis Lib. Mot. 18. pag. 19. & ſeqq. diſc. 8. ſub §. n. 8. non
obſtat igitur.

Per Maſculos verò ex ſimilibus nuptis ortos, Patris
nempè Agnati, & Matris ab eadem agnatione de-
ſcendentis, prout iſto caſu ſunt Bettinus, & Octavianus
conſervari agnationem, ſicque eiſdem eſſe deferen-
das ſucceſſiones, ad quas Maſculi agnati ea ratione
fuerunt vocati, quamvis aliàs iidem nonniſi ex pro-
ximitate, quam habent per medium fœminæ ad ſuc-
cedendum valeant admitti, minimè videtur contenden-
dum; dum in illis ratio agnationis conſervatur, ipſiſ-
que jura agnationis æquè competunt, ac ſi eſſent pro-
ximiores, tanquam à maſculis procreati, ex his quæ
88 ad rem tradunt Jaſon. conſ. 17. lib. 3. repetit. inter con-
ſil. feudal. Albert. Brun. conſ. 9. numer. 7. ad fin. ibidemque
Bartholom. Socin. conſ. 10. ſub num. 6. §. quarto, & ulti-
mo verſ. undè non includuntur, & Io. Campeg. conſ. 11.
ſub num. 1 §. ſecundo ex hoc, poſt med. verſ. tamen non
videtur dubitandum, & ſub num. 16. §. quantum verò ad
ſeptimum verſ. & primo caſu, Curt. Jun. conſ. 1. num. 10.
ad fin. & num. 38. Curt. Sen. conſ. 63. num. 17. ad fin.
verſ. & fortius etiam filii, Cravett. conſ. 831. ſub nu-
mer. 3. verſ. ſi dixeris, & num. 6. & conſ. 877. ſub numer.
10. & 11. Mandell. Alb. conſ. 86. numer. 1. 5. & 10. in
fin. & conſ. 87. numer. 1. 2. 8. & 9. Vegg. conſ. 63. à num.
75. ad fin. & præcipuè num. 108. in fin. & num. 109. Gui-
dopap. con. 176. num. 3. in fin. & num. 4. Peregrin. conſ.
50. num. 5. lib. 3. Bartholom. Stella apud Fuſar. conſ.
19. num. 12. 14. & ſeqq. ac per tot., ac in ſubſcript. ad
ipſius Fuſar. conſ. 30. numer. 19. & idem Fuſar. in illo
conſ. 30. numer. 12. & ſeqq. ac per tot. & in tract. de ſub-
ſtitut. quæſt. 404. num. 12. Trentacinq. pariter de ſubſtit.
par. 4. cap. 7. ſub numer. 10. §. tertius caſus, & §§. ſeqq.
Barboſ. de appell. verbor. ſignific. appell. 13. numer. 14.
Lara in compend. vit. homin. cap. 30. num. 102. & ſeqq.
Mier. de majorat. par. 1. quæſt. 2. num. 140. in fin. Mol-
pheſ. conſ. 16. num. 17. & 18. ex impreſſ. poſt par. 2. Com-
ment. ad conſuetud. Neapol. Paſchal. de virib. patr. pot.
part. 4. cap. 9. à num. 69. ad 78. Capan. de fideicom. ma-
ſculin. inſpect. 1. art. 4. per tot. Bottilier. de ſucceſſ. ab in-
teſt. capit. 1. theorem. 2. num. 65. Caſanatt. in ſæpè alleg.
conſil. pro Duce Sermonetæ art. 3. per tot. ſive à num. 139.
ad fin., cui conſilio alio II. CC. Matritenſes ſe ſubſcripſe-
runt. De Pont. conſ. 154. ſub nu. 37. & 40. volum. 2. Fa-
chin. contr. Jur. lib. 11. cap. 25. ad fin. verſ. niſi ponas,
De. Marin. reſolut. jur lib. 1. cap. 131. nu. 20. & Camill.
Villan. in reſponſ. ibidem impreſſ. à num. 21. ad fin. Ca-
rol. Ant. De Luc. in melior. ad eumd. De Marin. ibidem.
ſub num. 13. verſ. affirmandum videtur, & de linea lega-
li art. 6 ſub num. 104. verſ. convenit. quæſtio, Caravit. in
reſponſ. impreſſ. apud Prat. diſcept. for. par. 1. poſt cap. 6.
§. Tertio ex alio fol. 49. col. 1. Altimar. in obſer. ad
Rovit. conſ. 17. nu. 4. & ſeqq. tom. 1. Faber. in C. lib. 6 tit.
22. defin. 27. in not. ſub nu. 2. juxta poſtrem. ædit. Lugdun.
Roxas de incompat. Regnor. & major. par. 1. cap. 6. §.
24. ſub num. 316. Ferdinand. Alphonſ. del Aquila in
addit. ad eumdem ibidem num. 344. & ſeqq. Rodoer.
in commen. ad Regn. Neapol. pragm. 33. de feud. cap. 7.
num. 2. & ſeqq. ac per tot. Pegaſ. de majorat. par. 2. cap.
34. ſub num. 96. §. De qua re, Guidobon. advot. civil.
100. num. 11. & 12. Melius alleg. 1. num. 55. lib. 2. Rot.
Florentin. in ſup. allegat. Cauſa de Barbolanis Lib. Mo-
tiv. 18. car. 19. tergo ſive deciſ. 8. Et quidem ut hanc
opinionem eſſe veriorem, & magis communiter rece-
ptam, à qua proindè nullatenus Judex debeat in judi-
cando recedere teſtatur Fuſar. d. conſ. 30. num. 14. & 89
ſeqq. adnotato prius num. 13. in fin. ſivè antè d. num. 14.
ſe non reperiiſſe Doctorem, qui eidem contradicat,
quod & antea dixerat Cravett. conſ. 877. ſub num. 11.
verſ. Decimotertio, & repetunt Caſanatt. in d. conſ. pro
Duce Sermonet. num. 142. in fin. Guidobon. dict. advoc.
100. ſub num. 12. Camill. Villan. d. reſponſ. apud de Ma-
rin. lib. 1. reſolut. Jur. capit. 131. ſub numer. 26. verſ. Nec
quis diſſentit, & alii. Imò non deſunt, qui credunt
ridiculum eſſe aliter ſentire, ut præ cæteris Curt. Iun.
d. conſ. 1. ſub eodem num. 38. Capan. de fideicommiſſ. ma-
ſculin. d. inſp. 1. artic. 48. num. 8. Paſchal. de virib. patr.
poteſt. dict. par. 4. cap. 9. ſub n. 69. Rodoer. dic. comment. ad
pragm. 33. de feud. cap. 7. ſub n. 10.

Neque hoc caſu medium Matris erit dijudicandum in-
habile, & impertinens, ad hoc ut maſculi ab ea deſcen-
dentes ſuccedere valeant, quemadmodum regulariter di-
judicari ſolet, quoties illa tanquam fœmina à ſucceſſio-
ne fuit excluſa, ex quo excluſio hujuſmodi influit etiam
in cæteros, qui per tale medium propagantur, tanquam
conjunctos per radicem infectam, & quia nequit eſſe plus 91
Iuris in cauſato, quàm in influenti potentia cauſę cum ſi-
milibus, juxtà theoricam, quam deducunt Interpretes ex
l. ſi viva matre C. de bon. matern. & l. illam C. de collation.
Etenim ultrà quod ſatis eſſet reſpondere, quod fœmina-
rum medium non eſt dicendum inhabile, quoties in ſimi-
libus diſpoſitionibus eædem fuerunt aliquo modo conſide-
ratæ, nec uti excluſę perpetuò rejectę, ut cęteris relictis,
in terminis ſimilis ſucceſſionis Statutariæ, poſt plures,
quos allegant, non obſcurè tradunt Gabriel. conſ. 6. ſub 92
nu. 1. verſ. aliter eſt caſus lib. 1. ubi dicit eſſe communem
opinionem, & ſecundum illam à Rota Romana fuiſ-
ſe judicatum, Buccafer. conſ. 64 num. 18. & 19. Gaball.
conſ. civil. 10. num. 52. lib. 2. Gob. de jur. inteſtat.
ſuc-

ſucceſſ. obſervat. 27. num. 7. ad fin. verſ. è converſo, & ad
terminos noſtræ quæſtionis videtur admittere Rot. in rec.
93 deciſ. 89. ſub num. 12. verſ. quia, in his terminis part. 6.
licèt in illo caſu ex peculiari diſpoſitione Statuti, de
quo ibi erat ſermo contra fœminam ita nuptam fuerit
reſolutum, & non contendit Bellon. Jun. conſ. 2. ſub
94 num. 77. verſ. ſecundo circumſcripta, quamvis aliàs pari-
ter contrà filium fœminæ nuptæ in familia conſulue-
rit. Ideòque multò minus erit uti tale rejiciendum in
Statuto de quo agitur, & ex cujus diſpoſitione di-
cimus ſucceſſionem controverſam fratribus de Ricaſolis
eſſe deferendam, dum fœminæ in certis caſibus fue-
runt in illo vocatæ, & præcipuè à Statuto veteri ſoror
prælecta ad graviorem effectum ſuccedendi per ſe ipſam
in hæreditate fratris ad excluſionem Matris, ſicuti, &
agnatorum uſque ad octavum gradum; Non obſtante,
95 quod in eodem Statuto fuerit ulterius ſcriptum, quod
nulla mulier, vel ejus filii, vel filiæ, ſuccedere poſſint
alicui fratri dictæ mulieris ab inteſtato exiſtentibus per-
ſonis, & agnatis ibi nominatis, imo, & poſtmodum
per novas Reformationes eidem Statuto additas fuerit
etiam eadem ſoror excluſa. Siquidem, ut jam ſupra ani-
madvertimus, ſoror fuerat excluſa, addita explicita
ratione, quia in ipſa videbatur ceſſare favor agnationis
in eo, quod reſpicit illius conſervationem, & conti-
nuationem, ex quo nubendo ſecundùm communem con-
tingentiam in aliena familia, per filios diverſæ agna-
tionis illa conſervari, & continuari non poterat contra
id, quod præcipuè fuerat à Statuto volitum, ut ibi-
dem pariter adnotavimus; Sed cum hæc dici nequeant
quoad ſororem nuptam in agnationes, & quoad illius
filios, cum tunc agnationis favor non ceſſet, ſed im-
mò magis procedat, & agnatio fortius conſervetur,
96 majoremque perpetuitatem recipiat; utique firmum ſem-
per erit dicere, quod illius perſona ſit à Statuto conſi-
derata, ad hoc ut illius medium ad effectum, de quo
agitur, ſit reputandum potius habile, & proficuum,
quàm è contrà, & quidem, ut pro vocatione ipſius
ſororis ſit dicendum adeſſe eaſdem Novas Reformationes
à contrario ſenſu, præſertim ponderata ratione cauſæ
finalis conſervandi agnationem, quæ ipſi Statuto in-
97 hæret, juxta ea, quæ in terminis iſtiuſmet Statuti,
licèt in diverſo caſu olim conſuluerat Cinus a Piſto-
rio, ut referunt, ac ſequuntur Baldus in l. conven-
ticulam 15. num. 4. Cod. de Epiſcop. & Cleric., Abbas
conſ. 76. ſub num. 7. verſ. poſtremo in terminis noſtris
part. 1. Brun. de ſtatut. Quod ſtantibus maſculis &c. art. 7.
num. 2. & in terminis ſimilis ſtatuti Aldovin. conſ. 100.
repetit. apud Peregrin. conſ. 20. à num. 24. vol. 4. Nec aliàs
eſt novum, immò ab omnibus receptum, quod argu-
98 mentum à contrario ſenſu benè procedit in Statutis, ut
per Riminald. Jun. conſ. 20. num. 25. Papon. conſ. 73. nu-
mer. 10. Caſtill. controv. jur. lib. 5. cap. 83. numer. 15. Ci-
rocc. diſcept. forenſ. 33. num. 12. diſcept. 37. numer. 9. di-
ſcept. 39. n. 4. & diſcept. 41. n. 13. Rot. coram Buratt. de-
ciſ. 116. n. 17. coram Cerr. dec. 522. num. 4. in rec. deciſ.
185. ſub n. 7. par. 1. & dec. 7. n. 16. par. 17. & alibi paſſim.
Hincque erit etiam inferendum, quod cum itidem, ut
favori agnationis magis eſſet conſultum, fuerit in eo-
dem Statuto dictum; Quod nulla mulier, vel ejus
filii, fratri ipſius mulieris ab inteſtato ſuccederet poſſet,
99 quemadmodum præcipuè adnotat Cioff. conſ. 8. num. 18.
lib. 1. Ideò unà cum matre fuerunt excluſi ejus filii, quia
quoties fuit contemplatus agnationis favor, illi tantum
cenſentur incluſi, qui ſunt de eadem familia, & agna-
tione, nec propterea poſſunt eſſe incluſi fœminarum filii,
dum conſiderata communi contingentia, qua fœminæ
extraneis nubere ſoleant, iidem nequeunt eſſe de fami-
lia, & agnatione, quod cum ceſſet in filiis, & conjunctis
fœminæ nuptæ in familia, quia ſunt de familia, & agna-
tione, iſtaque per eos, ſicuti per alios agnatos conſerve-
100 tur, ideò quoad ipſos ceſſare debet ſimilis excluſio, ad
benè tradita ad rem per Camill. Villan. in reſponſ. impreſſ.
apud De Marin. reſolut. Jur. lib. 1. cap. 131. ſub
num. 25. verſ. At reſpondetur. Proindequè multò for-
tius eorum etiam reſpectu procedere valebit argumen-
tum præfatum à contrario ſenſu, ad evitandum ab-
ſurdum, quod reſultaret, ſi Statutum operando in
ſenſu directo, illos ex eo dumtaxat excluderet, quia
ſunt fœminarum filii contra Statuentium mentem, qui
non alia ratione ipſos excluſo eſſet voluerunt, niſi ut
favori agnationis magis eſſet conſultum, ut diximus,
quo attento argumentum a contrario ſenſu procedere
etiam in Statutis correctoriis, nemini eſt dubium, ut 101
patet ex tradit[illegible] per Abb. dict. conſil. 76. n. 8. lib. 1. Corn.
conſ. 91. ſub n. 3. lib. 1. Caſtranſ. conſ. 175. n. 3. & 5. lib. 1.
Papon. conſ. 155. num. 9. Aldovin. dict. conſil. 100 numer.
25. & alios communiter. Adeoque ſemper verum exi-
ſtat, quod Statutum prædictum minimè valeat obeſſe, quin
fœminarum filii ſint per illarum medium ad ſucceſſionem
admittendi, dum illæ, & præcipuè ſoror fuerunt ab eodem
Statuto aliqualiter conſideratæ.

Ceſſat ad præſens omnis difficultas animadverten-
do, quod ea, quæ ſunt a nonnullis tradita, quod medium
fœminæ in ſimilibus ſucceſſionibus ſit dicendum me-
dium inhabile; dumtaxat verum eſſe poteſt, quan-
do quoad fœminam ipſam, a qua maſculus deſcen-
dit, habet locum excluſio, taliter quod ſi viveret eſ-
ſet dijudicanda inhabilis, & incapax ad ſuccedendum,
ſed cum hoc nequeat habere locum in fœmina nupta
in agnatione, prout fuerat Caſſandra Mater Fratrum de
Ricaſolis, quoties agitur de excluſione favore ejuſdem
agnationis facta, dum ex ſimilibus nuptiis habetur
effectus deſideratus conſervationis bonorum in familia,
& agnatione, ſicque fœmina ſi adeſſet ipſamet, nul-
lique extarent maſculi, prout eſt ad præſens, aut
ſi qui adeſſent eſſent gradu remotiores, ad ſucceſ-
ſionem videretur admittenda, utique fortius maſculis
ab illa procreatis, ſucceſſio erit deferenda, quamvis per
ejus medium id contingit, cum tunc ceſſet ratio infe-
ctionis, & prævaleat ratio, propter quam maſculi ſunt
vocati fœminis excluſis, ut non obſcurè ad rem adno- 102
tant De Ponte dict. conſ. 159. ſub n. 40. vol. 2. & Camill.
Villan. dict. reſponſ. apud de Marin. reſolut. Jur. lib. 1.
cap. 131. num. 26. in fin. & ſub num. 30. §. Quartum,
verſ. Nec obſtabit, & in proximis, imo fortioribus ter-
minis ſucceſſionis feudalis luculenter diſſerit Commentat.
ad Conſuetud. Pariſien. tit. 1. de Fieſſ. 25. gloſſ. 1. in verb.
les femelles ſub num. 2. oper. tom. 1. fol. 364. juxta edit.
Pariſ. anni 1681. dum diſputata quæſtione an filius ſororis
in ſucceſſione feudorum concurrat cum maſculo ex ma-
ſculo in pari gradu, eaque affirmativè reſoluta ad ter-
minos illius Conſuetudinis, ut diluat objecta antecedent.
num. 1. deducta ita ſubdit, Non obſtat dicta theorica na-
tum ex fœmina tanquam ex radice infecta excludi a Jure,
& gradu, a quo excluditur fœmina, quia verum eſt, quan-
do fœmina ipſa, a qua maſculus deſcendit, eſt inhabilis, &
incapax, taliter quod ſi viveret non ſuccederet, ſed hic eſt op-
poſitum, quia ſoror, a qua iſte nepos deſcendit, non erat 103
inhabilis, immo ſi viveret, nedum ſuccederet, ſed etiam
dictum nepotem ex fratre tanquam remotiorem excluderet ab
omnibus bonis etiam feudalibus, &c.

Mulierum autem, nuptam Viro ejuſdem agnatio-
nis debere ſuccedere vigore diſpoſitionis, per quam cæ-
teroqui favore agnationis fœminæ ſunt excluſæ, tan-
quam non aptæ ad agnationem, conſervandam, & con-
tinuandam, invitatis proinde maſculis, per quos id ex-
pleri poteſt, ſatisfit clarum tam ex Doctorum numero, &
auctoritate, qui id communiter affirmant, quam ex ratio-
num pondere, quibus eorum ſententia comprobatur; 104
Ita enim tenent nedum plerique ex DD. ſuperius re-
latis, & præcipuè Curt. Sen. dict. conſ. 63. ſub num. 17.
Cravett. dd. conſil. 831. & conſil. 877. & antea conſil. 656. in
omnibus per tot. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 252. ſub num. 42.
& dict. quæſt. 404. numer. 12. Peregr. dict. conſil. 50. numer.
4. ac per tot. lib. 3. Molfeſ. dict. conſ. 18. ſub eodem numer.
17. verſ. Et tunc fœmina illa, De Pont. dict. conſ. 154. a
numer. 19. ad 42. vol. 2. Caſanatt. in d. conſil. Pro Duce Ser-
monetæ artic. 2. per tot. ſive a num. 125. ad 138. Camill.
Villan. in dict. reſponſ. apud De Marin. reſolut. Jur. cap.
131. num. 38. in fin. Bottilier. de ſucceſſ. ab inteſtat. dict.
cap. 1. theorem. 2. numer. 64. Fachin. controv. Jur. dict.
lib. 11. cap. 25. in fin. Faber. in Cod. dicto lib. 6. titul.
22. defin. 24. in not. ſub numer. 2. Altimar. dict. obſervat.
ad Rovit. conſil. 17. eodem num. 4. & num. 6. tom. 1.
Ferdinand. Alphonſ. de Aquila in addit. ad Roxas de
incompatibil. Regn. & majorat. ad dicta partem 1. capit. 6.
num. 337. & ſequentibus. Pegas de majorat. dict. capit.
14. num.

14. *num.* 157. *parte* 2. ac videntur pro certo ſupponere cæ-
teri omnes ibidem recenſiti quatenus autumant maſcu-
los ab ea deſcendentes eſſe ad ſimiles ſucceſſiones admit-
tendos, ſed etiam ultra ipſos idem aſſerunt Jaſon. *con-
ſil.* 142. *numer.* 24. *in fin.* & *numer.* 25. *libr.* 2. Mantic.
de conject. ultim. volunt. libr. 8. *tit.* 12. *ſub numer.* 11. *verſic.
ſed adnotandum*, Ruin. *conſil.* 133. *numer.* 8. *verſic. alias
libr.* 3. Raudenſ. *conſil.* 3. *numer.* 23. *libr.* 1. Gregor. Lo-
pez *ad ll. partit. Hiſpan. in gloſſ. ad l.* 3. *verb. Mugeres
quæſt.* 11. *tit.* 13. *part.* 6. Ferdinando Pizarro *in diſcurſ.
legal. de la obligacion.*, *quæ tienen los Rejes in premiar los
ſervicios de ſus Vaſſallos*, *&c. fundam.* 3. *§.* 2. *in not.
lit. C. fol.* 37. Caſſander. *dec.* 1. *de jure patron. numer.* 4.
in fin. Rocc. de Curt. *de jurepatron. ad verb. competens
alicui quæſt.* 6. *princip. ſive numer.* 2. *fol. m.* 53. Menoch.
conſil. 730. *ſub num.* 12. *verſic. Et accedit*, Odd. *conſic.* 46.
num. 60. *in fin. verſic. poſt mortem autem*, Ricc. *in prax.
var. reſolut. for. Eccleſ. part.* 1. *reſolut.* 158. *juxta ſecund. im-
preſſ. Neapol. ſive reſolut.* 169. *numer.* 4. *juxta poſtrem.
edit. Venet.* & *Cur. Archiepiſc. Neapol. deciſ.* 43. *numero* 5.
& *per tot. par.* 3. Addent. *ad Molin. de primogen. Hiſpan.
lib.* 4. *cap. fin. numer.* 13. Thor. *in addit. ad De Pont. de
poteſtat. Proreg. tit.* 9. *num.* 33. *in fin.* Mangil. *de imput.
quæſt.* 59. *numer.* 9. Paſqualin. *ad pragm.* 34. *de feud. nu-
mer.* 38. *in fin. verſ. Item quod nupſerit*, Salzed. *de leg. po-
litic. libr.* 2. *cap.* 14. *num.* 69. & *ſequent.* Capyc. Latr. *con-
ſult.* 76. *num.* 34. *lib.* 2. Actolin. *reſolut. forenſ.* 13. *num.* 19.
Atque id nullum habere dubium dicunt, præ cæteris
105 Ruin. *dict. conſ.* 133. *ſub eodem num.* 8. *lib.* 3. & Odd. *dict.
conſ.* 46. *eodem num.* 60. *in fin.*

Inter rationes vero, quas plures ad hujus ſententiæ
confirmationem aſſerunt Doctores præfati, illæ præci-
puæ exiſtunt, quod in fæmina, quæ in familia nupſit,
militat ratio, ob quam maſculi ſunt in ſimilibus diſpoſi-
tionibus vocati, nempè conſervationis agnationis, quæ
tanquam generalis debet omnes comprehendere, in qui-
bus talis ratio viget, itaut etiam ex mente diſponentium
id Statutum fuiſſe ſit dicendum, ut patet ex his, quę præ
106 cæteris tradit Cravett. *dict. conſ.* 831. *ſub numero.* 3. *§. Si
dixeris*, *verſic. Reſpondetur*, quatenus dicit, quod cum
agnatio hoc caſu in matre ſit, & per eam agnatio conſer-
vetur, quia nupta in agnatione eſt, ſatis diſponentis vo-
luntati ſatisfactum videtur, & *dict. conſ.* 877. *ſub numero*
9. *verſic. Decimo ſi generalem*, & *num.* 10. dum dicit,
quod hoc caſu mulier eſt admittenda ex ratione ipſa ge-
nerali conſervationis agnationis, quia maſculi fuerunt
invitati, cum ad omnes ratio generalis trahi debeat, in
quibus ipſa monet, etiamſi ſpeciali dictum ſit, atque
107 ex his, quæ ex ipſis Cravettæ dicti, egregiè ad rem
arguunt Caſanat. *in dict. conſil. Pro Duce Sermonettæ
artic.* 3. *numer.* 131. & De Pont. *dict. conſil.* 154. *num.*
25. & 26. *libr.* 2. Necnon quod in fœmina nupta ceſſat
ratio, propter quam fœminæ ſunt excluſæ, quæ ſola,
& præcipua eſt, quia ipſæ non videntur aptæ ad agnatio-
nem, & familiam propriam conſervandam, ſi extra-
neis nubentes, ut communiter contingit, in alienam
familiam tranſeant, & ſic dicuntur finis propriæ fami-
liæ, & agnationis, & principium alienæ familiæ, ut
ſupra pluries diximus, quæ ratio prorſus ceſſat in fœmi-
na, quæ in familia nupſit, cum non tranſeat in alie-
nam familiam, nec alterius familiæ dicatur principium,
ſed propriam familiam in ſe, in marito, & in filiis con-
108 ſervet; Ideoque ratione excluſionis ceſſante omnino
admitti debeat, juxta latè tradita in re hac per eundem
Cravett. *conſ.* 656. *numero* 10. & *ſeqq.* & *dict. conſil.* 831.
ſub dict. numer. 3. *§. Si dixeris*, & *numer.* 4. 5. & 6. &
latius *dict. conſil.* 877. *numer.* 2. 3. 5. 6. & 7. Peregrin.
dict. conſil. 50. *numer.* 3. *in fin. libr.* 3. ubi quod hæc eſt
optima conſideratio legibus ſcripta, Addent *ad Molin.
de primog. Hiſpan. lib.* 4. *poſt cap. ult. in adnot. ad adnotat.
Auctor. numer.* 13. Altimar. *in obſervat. ad Rovit. conſil.*
17. *ſub num.* 6. *verſ. ea ratione libr.* 1. & alios, de quibus
Caſanat. *in loc. alleg. numer.* 132. & De Ponte *pariter in
alleg. conſil. numer.* 154. *ſub num.* 30. & 31. *lib.* 2. Et ulte-
rius quia cum in omnibus id, quod veriſimile eſt, ſit ſe-
quendum, nihil veriſimilius videtur, quam quod ſi de
hoc diſponentes cogitaſſent, idem prorſùs ſtatuiſſent,
dum eorum intentio, quæ unica, & præcipua fuit con-
ſervandi agnationem, quæve fuit ratio præferendi ma-
ſculos, iſta perfectionem recipit in fœmina, quæ in fa-
milia nupſit; voluntas enim, & mens Diſponentium non
ſolum debet obſervari in his, quæ conſtat cogitaſſe, ſed
etiam in his, quæ ab ipſis cogitata non fuerunt, & ſi co-
gitaſſent, aut interrogati fuiſſent, idem veriſimiliter re-
ſpondiſſent, quemadmodum itidem ad effectum, de quo
agitur, animadvertunt Cravett. *dict. conſ.* 831. *ſub num.* 6. 109
verſic. Sexto ſi de caſu hoc, & *numer.* 9. & *dict. conſ.* 877.
numer. 12. Mantic. *de conject. ultim. voluntat. dict. libr.* 8.
tit. 12. *ſub numer.* 11. *verſ. Sed notandum eſt*, Fuſar. *de
ſubſtitut. dict. quæſt.* 352. *ſub numer.* 42. *verſ. ubi dicit ex
veriſimili mente*, & *conſ.* 30. *ſub num.* 13. Raudenſ. *de
analog. cap.* 15. *ſub numer.* 292. *verſic. pariter juxta hanc in-
dulgentiam*, Peregrin. *dict. conſil.* 50. *numer.* 5. Molfeſ.
dict. conſil. 18. *numer.* 19. Ricc. *Cur. Archiepiſc. Neap. de-
ciſ.* 43. *numer.* 6. *part.* 3. & pluribus relatis Ferdinand.
Alphonſ. dell'Aquila *in dict. addit. ad Roxas de incompa-
tibil. part.* 1. *capit.* 6. *ſub numero* 338. *verſic. Ergo ex veriſi-
mili mente.*

Abſque eo quod prædictis ſint dicenda reſiſtere verba,
quibus in ſimilibus diſpoſitionibus, & præcipuè in Sta-
tutis maſculi dumtaxat ad ſucceſſiones videntur invita-
ti, ut nempè per eorum exiſtentiam fœminæ ſint ſub-
motæ, ſicque cum literalis ſit eorumdem vocatio, non
videantur admittendæ fœminæ, quamvis in familia
nuptæ, cum ad eas Scriptura non pertineat. Quia li-
cet litera maſculos tantum vocet, ſpiritus tamen, & ra-
tio favorem agnationis reſpicit, quæ unica, & finalis
cauſa fuit fœminas præſertim in Statutis excludendi, ſive
id expreſsè fuerit in illis dictum, ſive tacite ſubintelle-
ctum, ut jam ſupra latè firmavimus, ſicque cum hæc
ratio excluſionis ceſſet, & contraria admiſſionis militet
in fœmina nupta in familia, cum per ſe, & per maritum,
ac per deſcendentes agnationem conſervet, & ſuæ agna-
tionis finis non ſit, ſed illam amplius dilatet, & exten-
dat, diuturnioremque efficiat, ut pariter paulo ante ad-
notavimus, ideo admitti omnino debet tamquam ſub ra-
tione compræhenſa, juxta ea, quæ benè adnotant Cra- 110
vett. *dict. conſil.* 656. *ſub numer.* 9. *verſ. Argumentum igi-
tur*, latius comprobata *dict. conſ.* 831. *per tot.* & magis
latè *dict. conſ.* 877. *pariter per tot.* ac ad ſolutionem ob-
jecti, de quo agitur fusè expenſa per Caſanatt. *in loc. al-
leg. num.* 135. & *tribus ſeqq.* animadvertendo præcipuè
numer. 137. quod omnes Doctores pro fœmina allegari
ſoliti, & per nos ſupra relati, quorum nonnullos ipſe
ſingillatim expendit, expreſſiſſimè loquuntur, ubi ma-
ſculi apertis verbis fuerunt vocati, & vel expreſſim, vel
in conſequentiam neceſſariam fœminæ excluſæ, & ta-
men a ceſſante ratione excluſionis, & urgentius concur-
rente ratione admiſſionis, unanimiter ſtatuunt, fœmi-
nam, quæ in familia nupſit, eſſe admittendam, quam-
vis de ſolis maſculis ſit facta mentio. Ponderato prius
anteced. numer. 136. perbellè ab eodem Cravett. *dict. conſ.*
877. *numer.* 12. *verſ. poſtremo monendi ſumus*, fuiſſe ani-
madverſum, urgentiorum, & multo majorem rationem
eſſe admittendi fœminam, quæ in familia nupſit, nam
cum ratio finalis fuerat deſiderium propagandi agnatio-
nem, & illam perpetuam, & diuturniorem efficiendi,
quo gradus plures agnatorum, per quos familia conſer-
vatur, admittimus, eo perpetuam magis, & diuturnio-
rem facimus, nam ſi ſolos maſculos ex maſculis admit-
tendos eſse dicimus, ratio illa reſtringitur, & facilius,
breviuſque familia finietur, ſi vero fœmina in familia nu-
pta, & deſcendentes agnati admittuntur, & plures agna-
torum gradus fiunt, ex hoc magis, magiſque deſiderium
diſponentium adimpletur, cum amplius, latiuſque fami-
lia propagetur, diuturniorque efficiatur, ſicque urgen-
tior ratio ſuadet talem fœminam admitti debere ſubden-
do, quod iſta ratio, & efficaciſſima eſt, & valde con-
ſiderabilis.

Unde iſtis in caſibus fœminam, ut ſupra nuptam eſse
habendam pro maſculo, ac uti maſculum eſse dijudican-
dam, ad hoc ut ad ſimiles ſucceſſiones ſit admittenda non
dubitant aſserere Doctores, & præcipuè tradunt idem
Caſanatt. *ibid. num.* 131. *in princip. verſ.* & *ſic debet admitti* 111
tamquam maſculus, Capyc. Latro *d. conſult.* 76. *n.* 34. *in fin.
lib.* 1. Ricc. *d. Cur. Archiep. Neap. dec.* 43. *n.* 6. *p.* 4. Ferdin.
Alph. dell'Aquila *in d. add. ad Roxas de incompatib. Regnor.*
& *majorat. p.* 1. *cap.* 6. *ſub n.* 338. *verſ. quia tanquam maſcu-*

lus judicatur. Idque, vel quia tunc fœmina beneficio
legis, aut veriſimilis mentis diſponentis videtur quo-
dammodo mutare ſexum, adeoque ad effectum, de
quo agitur, eſſe in ea extinctam conditionem mulie-
brem, ex quo non eſt conſiderandus ſexus, ſed id,
quod per ſexum repræſentatur, eodem modo, quo in
112 *l.* 1. *§. Cum enim Cod. de latin. libert. tollen.* dicitur quod
non refert, quæ ſit imago, ſed quæ ſit ſubſtantia rei
quemadmodum in ſimilibus terminis agnationis artifi-
cialis, benè quoad hoc caſui noſtro adaptabilibus ar-
113 guunt Freccia *de ſubfeud. liber.* 2. *in addit. poſt princip.
Auctor. numer.* 27. *fol.* 281. Lara *in compend. vit. homin.
cap.* 30. *ſub numer.* 115. *verſ. Et ſic videtur*, Pegas *de
majorat. part.* 2. *cap.* 15. *numer.* 29. vel quia, quatenùs
ſexus aliquid fœminæ adimat, id ex viro ejuſdem agna-
tionis, cui nupſit, ſuppletus, atque ita ambo conju-
ges mutuo auxilio innixi juſtitiam omnem hæreditatis
114 implere dicuntur, ut adnotant Raudenſ. *dict. conſ.* 3.
numer. 23. *lib.* 1. Caſanatt. *dict. conſ. Pro Duce Sermo-
netæ artic.* 2. *ſub numer.* 127. *verſ. Octavo*, Alexander
Raudenſ. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. d. part.* 4. *c.* 9.
num. 75. *verſ. Et quod mulieri ſexus adimit*, Carol. An-
ton. De Luc. *meliorat. ad Donat. Anton. de Marin. re-
ſolut. jur. d. cap.* 131. *ſub numer.* 13. *verſ. affirmandum
videtur lib.* 1. Vel demùm, quia in ſimilibus diſpoſitioni-
bus, & præſertim in Statutis ea ratione dumtaxat de
maſculis fuit facta mentio, *quia per agnatos virilis ſe-
xus contingit ſecundum communiter accidentia perpetuari*,
& *conſervari memoriam agnationis*, & *agnatorum*, ut ſcri-
bendo ſuper hoc eodem Statuto Florentino, de quo diſ-
115 ſeritur, inquit Bald. *inter conſil. Angel. fratris conſil.* 68.
repetit. conſ. 281. *ſub nu.* 4. *verſ. Et in ſuper*, Ubicum-
que verò in diſpoſitione eſt facta mentio de maſculo ra-
tione frequentioris uſus illius appellatione non excludi-
116 tur fœmina, juxtà cumulata per Myeres *de major. p.* 2.
quæſt. 6. *numer.* 539. ubi inter cæteros allegat Alexand.
conſ. 119. *n.* 45. *lib.* 6. qui loquitur in terminis Statuti per
jus ob bonum publicum editi, prout eſſe ſimilia Statuta
fœminarum excluſiva, quamvis Juris Communis corre-
ctoria, cuique notum, & per nos ſupra pluries dictum,
ac infrà repetendum, & confert ſatis protritum Juris
axioma, quod ea, quæ ſunt poſita ratione frequentioris
uſus, non reſtringunt diſpoſitionem, nec excludunt ca-
ſum minùs frequentem, præſertim ſi ratio diſpoſitionis
117 ſit apta compræhendere utrumque caſum, de quo Bar-
tol. *in Auth. Caſſa* ibique *Adden. num.* 2. *Cod. de Sacroſ.
Eccleſ.* Curt. Sen. *conſ.* 11. *numer.* 9. Menoch. *conſ.* 106.
numer. 248. & 250. Tiraquell. latè *de retract. lignag. §.*
20. *num.* 5. & *ſeqq.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2.
clauſ. 7. *gloſſ.* 3. *part.* 9. *num.* 31. & *Cathalon. deciſ.* 193.
num. 4. 5. *tom.* 1. & *deciſ.* 543. *n.* 9. *tom.* 2.

Itaut propterea cum nulla poſſit eſſe dubitatio, quin Ju-
rè videatur dictum, quod fęminæ in propria familia, &
agnatione nuptæ ad ſimiles ſucceſſiones ſunt admittendæ,
& quidem nedùm aliis fęminis, quæ Viris exterarum fa-
miliarum ſe copularunt, ſed etiam ut eædem ipſis etiam
maſculis agnatis gradu remotioribus excluſis, tanquam
in capite incluſivo compræhenſæ, & in capite excluſivo
non ſubintellectæ, ex concurrenti ratione incluſionis,
& vocationis maſculorum, & ex ceſſante ratione exclu-
118 ſionis fęminarum, juxtà ea, quæ ſuperius dicta perſtrin-
gendo, benè adnotant Caſanatt. *in loc. alleg. nu.* 132. *in
princip.* & De Pont. *d. conſ.* 154. *ſub num.* 25. *lib.* 2. ac
in terminis ſimilis Statuti differit Honded. *conſ.* 12. *ſub
n.* 26. *verſ. Quarto cum iſtæ agnatæ*, & *nu.* 30. *vol.* 1. at-
que attentis generalibus theoricis, quibus habetur, quod
aliquibus admiſſis ad ſucceſſionem, aliis excluſis, incluſi
cenſentur omnes, in quibus eadem ratio incluſionis pro-
cedit, quamvis aliàs in diſpoſitione non expreſſi, de qua
119 latè Myeres *de major. par.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 473. necnon
quod in generali excluſione non cenſeantur compræhenſi
illi, in quibus ratio deficit excluſionis, quam in ipſis ter-
120 minis egregiè expendit Ferdinand. Alphonſ. dell' Aquila,
ubi ſup. num. 342. 343. Ità multò magis videatur etiam
uti certum aſſerendum, eſſe extrà omnem difficultatem,
quod fortius debent ſuccedere maſculi ex iſtis fęminis ſu-
ſcepti, quamvis per earum medium id contingat, nedùm
illorum favore cumulando jura, quæ ipſis fęminis favent,
121 prout in facti contingentiis faciendum monet Roder. *ad*
pragmat. 33. *de feud. cap.* 7. *num.* 10. *in fin.*, ſed etiam
quia pro ipſis magis, ac magis urgent, cum ſine contro-
verſia ſint maſculi, & agnati, & ſic illis verba clara, &
ratio aperta opitulantur; ut animadvertit Caſanatt. *ubi* 122
ſupra dict. artic. 3. *in princip. ſive num.* 138. *in fin.* Un-
dè ſatis juridicum eſſe videatur, quod ipſi ſuccedant, ut
ultrà tradita per eundem Rodoer. *ibidem* benè animadver- 123
tunt Curt. Sen. *conſ.* 63. *ſub numer.* 17. *verſ. Et fortius*
Myeres *de majorat. part.* 1. *quæſt.* 2. *numer.* 140. *in fin.*
Bartholom. Stella *apud Fuſar. conſ.* 19. *ſub num.* 20. *§.
Tertio ſuccedit authoritas in fin.* & *ſub num.* 24. *§. Septimo
hoc idem in fin.* & *§. Et ſic multo magis dicendum eſt*, &
Ferdinand. Alphonſ. dell'Aquila *in loco paulò ante alleg.
numer.* 244. & quidem ut ſint dicendi ſuccedere, ac ſi ex-
preſsè fuiſſent in diſpoſitione vocati, per ea, quæ conge-
rit Vegg. *conſ.* 63. *ſub num.* 87. 124

Intercedentibus præſertim plurium rerum judicatarum
exemplis, quibus vel favore maſculorum, qui ex ſimili-
bus nuptiis fuerunt orti, vel favore fęminarum ita nupta-
rum, non ſemel id fuerat definitum. Sic enim pro Iſa-
bella Uxore Ferdinandi V. Regis Catholici, contra Jo-
annem Regem Tarraconæ, & occaſione ſucceſſionis Re-
gnorum Caſtellæ per ſuprema Conſilia, & Magnates Hi-
ſpaniæ, fuiſſe deciſum ex Ælio Antonio Nebriſſenſi, &
Lucio Marineo Siculo, rerum Hiſpanicarum Scriptori-
bus, refert Raudenſ. *reſponſ.* 13. *numer.* 22. 23. *libr.* 1. 125
dicens fuiſſe famigeratiſſimam, & memorabilem in hac
materia ſententiam, & ſequitur Caſanatt. *alleg. conſ. pro
Duce Sermonetæ artic.* 2. *ſub num.* 127. *verſ. octavo*, Ale-
xander Raudenſ. Haud aliter, & quod magis ad rem ac-
cedit, per Alphonſum I. Regem Neapolis in ſuo Solio 126
pro Tribunali ſedentem in Caſtro Turris octavæ, fuiſſe
declaratum ſuper fideicommiſſo perpetuo Familiæ Sanſe-
verinæ favore maſculorum facto, cum perpetua fœmina-
rum excluſione maſculis extantibus, admittendo fœmi-
nam, quæ nupſerat in familia cum agnato remotiori, re-
jecto maſculo propinquiori, quoniam nubendo in fami-
lia, fœmina illa effectum deſideratum conſervationis bo-
norum in familia, & agnatione adimpleverat, ultra Ca-
ſanatt. *ibidem ſub num.* 134. referunt Rovit. *conſ.* 1. *nu-
mer.* 45. ubi adnotat etiam, quod in ea ſententia fuerat
expreſsè ſtatutum poſſe capi gradum per medium fœmina-
rum, nec illud eſſe medium inhabile Molfeſ. *d. conſ.* 18.
numer. 18. De Pont. *dict. conſ.* 154. *ſub numer.* 40. *lib.* 2.
Paſchal. *de virib. patr. poteſt. dict. part.* 4. *cap.* 9. *num.*
71. Capan. *de fideicom. maſcul. d. artic.* 4. *inſpect.* 1. *ſub
numer.* 9. *verſ. prima deciſio*, Roder. *ad d. pragmat.* 33.
de feud. cap. 7. *num.* 9. & *ſub numero* 10. omnes dicen-
tes, quod declaratio prædicta, tanquam ſententia à Re-
ge prolata in articulo juris dubio indubitanter facit legem
in illo Regno, & addit Molfeſ. *in loc. allegat. num.* 22.
rationabiliter Regem Alphonſum ita interpretatum fuiſſe
voluntatem primi Inſtitutoris, ac feciſſe declarationem
veritati, & juris diſpoſitioni conſonam. Nec diſſimiliter 127
Supremum Italiæ Conſilium apud Regem Hiſpaniæ exi-
ſtens conſuluiſſe, & determinaſſe, tribuendam eſſe Duci
Montis Leonis facultatem eligendi ſibi ſucceſſorem de ea-
dem familia, prout voluiſſet, quatenus filiam, quam ha-
bebat illi nuptui traderet, non obſtante avito fideicommiſ-
ſo, quo fœminis ſemper excluſis maſculi quicumque de fa-
milia, & agnatione, & quocumque gradu remotiori, fue-
rant vocati, itaut eadem filia ita nupta, & filii ab ipſa
orti eſſent ſucceſſuri, quemadmodum ſupplicaverat, pa-
tet ex Tapia *ejuſd. Conſ. Ital. dec.* 20. *in fin.* & Capan. *ubi
ſup. n.* 10. atque ex his, quæ pro obtinenda eadem determi-
natione, utque juſtitiæ conſentaneum oſtenderent ſcripſe-
runt De Pont. *d. conſ.* 154. *lib.* 2. & Molf. *in loc. alleg. à n.*
17. qui itidem *n.* 23. *in fin.* teſtatur de determinatione facta,
& ulterius adnotat, quod illa fuerat juſta, nedum in foro
exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ, uti facta ſecundum 128
veritatem, & non ex conjecturis, quo caſu forus conſcien-
tiæ non differt à foro exteriori. Pariformiter etiam per
magnam Curiam Vicariæ Civitatis Neapolis fuiſſe ſanci- 129
tum in relicto cujuſdam Domus, quam Teſtator de fami-
lia Piſacana voluit pervenire de hærede in hæredem ſibi
propinquiorem de linea maſculina de familia Piſacana, ut
nempè ſpectaret deberet filiæ, licèt fęminæ in familia nuptę,
excluſo maſculo de familia, ac propinquiori in gradu agna-
tio, habetur ex Pereg. *conſ.* 50. *ante n.* 1. *verſ. quia in re*, &

n. 5. in fin. ubi rectiſſimè ita cenſuiſſe eamdem Magnam Curiam concludit, & toto illo Conſilio luculenter probat, eamdemque deciſionem ex ipſo referunt pariter Bartholom. Stella addit. ad Fuſar. *conſ. 30. in fin. verſ. advertatur etiam*, & idem Fuſar. *de ſubſtit. qu. 404. num.*
130 *12. in finem*. Similiter quoque fuiſſe judicatum in Curia Epiſcopali Ravellenſi, admittendo fœminam nuptam in familia, unà cum aliis maſculis ad preſentandum in beneficio Juriſpatronatus ad ſolos maſculos ex fundatione ſpectante, ex his, quæ in Majoratibus, & Fideicommiſſis quoad fœminas pari modo nuptas ad ſucceſſiones admittendas, quamvis excluſas ratione conſervationis bonorum in familia, & agnatione fuerunt à Doctoribus tradita, & per nos ſuperius recenſita habentur ex Ricc. *Cur. Archiepiſc. Neap. dec. 43. num. 5. & 6. ac per tot. part. 3.*
131 ubi etiam ſubdit judicatum illud emanaſſe, re maturè examinata, & diſcuſſa cum voto doctiſſimorum Virorum, & quod ipſemet pro veritate requiſitus ſecundum illam conſuluerat; Quemadmodum etiam fuiſſe deciſum in favorem Camillæ Cajetanæ, ac Franciſci Cajetani Ducis Sermonetæ ejus filii, pro quibus Caſanatta ſcripſerat doctiſſimum Conſilium ſæpiſſimè per nos allegatum, quodve licèt non extet in volumine ſuorum conſiliorum, attamen peculiari Libello in folio parvo ſeorſim habetur impreſſum cum hac epigraphe: *Conſilium D. Ludovici Caſanattæ legum Doctoris pro Excellentiſſimis D. Camilla Cajetana de Aragonia,*
132 *& Dom. Franciſco Cajetano Duce Sermonetæ ejus filio primogenito contra Illuſtriſſimum D. Franciſcum Cajetanum de Aragonia Laurenzani Ducem Romæ ex Typis Jacobi Maſcardi* 1616. quamvis per Fideicommittentem fuiſſent invitati ſoli maſculi, & ipſis deficientibus ſubſtitutus Rex, dum eadem Camilla erat agnata, & agnato ejuſdem familiæ Cajetanæ fuerat nupta, & ſic in alienam familiam non tranſiverat, ſed Teſtatoris agnationem conſervaverat, rejecto proindè dicto Duce Laurenzani, & neglectis iis, quæ pro ipſo ſcripſerat Bellon. Jun. *conſil. 2.* ſatis colligere eſt ex Capic. Latr. *conſult. 76. ſub num. 34. lib. 2.*
133 Denique ita fuiſſe judicatum per Rotam Florentinam in Cauſa illa de Barbollanis, cujus pluries ſupra meminimus, admittendo ad ſucceſſionem fideicommiſſariam maſculos Teſtatori proximiores ex parte matris, & excluſis maſculis aliis proximioribus ex parte patris, non attentis eorum favore allegatis per Berov. *conſ. 96. volum. 2.* illique ſubſcribendo per Soccin. Jun. *conſ. 15. lib. 4.* luculenter fuerat traditum in Motivo deſuper extenſo, quod legitur in ejuſdem Rotæ Mot. *lib. 18. pag. 19. & ſeqq.* itidem per nos non ſemel ſupra relato, & remanet comprobatum ex his, quæ pro ejuſdem judicati Juſtitia ſcripſerant Vegg. *conſ. 63.* & Mandell. Alban. *conſ. 86. & conſ. 87.* Cujus reſolutionis, ex teſtimonio ejuſdem Veggu, meminit quoque Fuſar. *de ſubſtit. in paulò ante allegat. quæſt. 404. eodem numero 12. ad fin. verſ. Et diffuſius, & prius quæſt. 357. ſub num. 8. verſ. Et Vegg. teſtatur.* Tot enim res judicatæ, & Supremorum Tribunalium placita innegabiliter præſtant argumentum comprobativum eorum, quæ fuerunt aſſerta, dum non ſemel, ſed pluries, & non ab uno, ſed à pluribus, & clariſſimis Judicibus fuit ità reſponſum, & declaratum, ut loquar verbis, quibus poſt plura, quæ al-
134 legat in ſimili, utitur Rota *in Romana Hæreditatis de Ruſpulis 13. Junii 1704. §. 17. quod incip. Non ſuffragante licentia poſt med. cor. Molines*, imò & ipſis addendo in re, de qua agitur, quod ita fuerat à Rege ipſo pro Tribunali ſedente declaratum, quod nonniſi Doctiſſimorum Virorum, & Sapientum Juriſperitorum Conſilio factum fuiſſe, pro certo tenendum; Vel ſaltem tanquam exempla Juribus, & rationibus innixa indubitanter oſtendunt, quid in re hac ſit agendum, juxtà ea, quæ cumulavimus in *noſtra diſſert.* apud Rainald. *in ſupplem. obſervat. criminal, ad cap. 1. ſuppletion. 5. ſub num. 548. §. Quæ omnia ad fin. fol. 125. edit. Roman.*

135 Quæ omnia, & ſi videantur ut plurimùm à Doctoribus relatis expenſa, & Deciſionibus narratis definita, interpretandarum hominum, & potiſſimùm Teſtatorum diſpoſitionum cauſa, ut quia ageretur de ſucceſſionibus, vel in feudis, vel in fideicommiſsis, vel in majoratibus, nihilominus eadem pari reſpectu locum ſibi vindicare valere in ſimilibus ſucceſſionibus ſtatutariis, minimè videtur ambigendum. Etenim omittentes repetere ea, quæ quoad ſucceſſiones in majoratibus jam ſupra fuerunt ponderata, quibuſve fuit oſtenſum parem eſſe illorum, & ſimilium Statutorum rationem, imò ab eodem principio Legis Moſaicæ, à quò Statuta, & Majoratus quoquè originem trahere, indequè firmatum, quod animadverſa prò interpretanda mente, & voluntate Inſtitutoris majoratus, procedere quoque prò interpretanda mente, & voluntate Statuentium, & è contrà jure dici poſſit. Quoad feudales ſucceſſiones quemadmodum eſt certum, quod in illis tradita, habentur tam ratione, quàm effectu, perindè ac ſi de ſucceſſione, vigore fideicommiſſi favore agnationis facti, fuiſſent dicta, ut ad terminos noſtræ quæſtionis inquiunt Mandell. Alban. *d. conſ. 87. numero 2.* Trentacinq. *de ſubſtit.* 136
d. part. 4. c. 7. ſub n. 10. verſ. Hanc concluſionem comprobat, ità multo magis manifeſtum redditur à feudis ad ſimilia Statuta rectè argui valere, cum omnimodam prorſus habeant inter ſe conformitatem, ex quo juxtà Jurium feudalium diſpoſitionem, pari modo lege cautum, quod in feudis Regularibus, ſeù Ordinariis, maſculi dumtaxat ad ſucceſſionem ſint vocati fœminis excluſis, ut in *cap. 1. de ſucceſſ. fratr. vel. de gradib. ſucceden.* & quidem inter cætera etiam ad agnationes, & familiarum ſplendorem con- 137
ſervandum, ac promovendum, juxtà cumulata per Richter. *in auth. in ſucceſſione num. 112. C. de ſuis, & legit.* 138
liber. Quo verò ad fideicommiſſa, aliaſque ultimas voluntates, ac hominum diſpoſitiones, nemini eſt dubium, quod illæ Statutis æquiparentur, Roman. *conſil. 399. n. 4.* Bo- 139
lognett. *inter. conſil. pro Triultiis fol. 83. num. 107.* Lenar. *conſ. 60. num. 61.* Spad. *conſ. 344. nu. 6. lib. 2.* & in terminis ſimilium Statutorum Curt. Sen. *conſ. 51. numer. 9.* Manſ. *conſult. 541. nu. 45.* Itaut ambo pariformiter interpretentur, ut itidem in terminis ſimilium Statutorum Curt. Sen. *conſ. 73. n. 11.* Flamin. de Rubeis *conſ. 2. n. 75. & conſ. 3. n. 33. lib. 1.* Gabriel. *conſ. 18. nu. 8.* Manent. *conſ. 3. n. 25.* Bonden. *collect. legal. 28. n. 98. tom. 1.* & generaliter Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 81. n. 10.* Caſtill. *controv. Jur. lib. 4. c. 31. n. 13.* Rot. *cor. Ludoviſ. deciſ. 398. n. 10.* Necnon iiſdem regulis, & conjecturis, quibus Teſtatorum mens elicitur, & voluntas explicatur, à Statuentibus diſpoſita quoque declarantur, ut adnotat Jaſon. *in l. non ſolum §. Morte ſub nu. 45. ff. de nov. oper. nunciat.* & repetit Grammat. *conſ. civil. 105. nu. 17.* ac in terminis 140
ſimilium Statutorum Gabriel. *d. conſ. 10. n. 7. & 9. l. 2.* Beniel. *conſ. 54. n. 170.* Manſ. *conſul. 164. n. 5.* & anteà in terminis ejuſdemmet Statuti Florentini, de quo agitur, Bald. *inter conſilia Angeli fratr. conſ. 68. repet. conſ. 281. ſub n. 4. ad fin. verſ. Item per præcedentia.* Ut ptopterea ab his, quæ fuerunt deducta, vel deduci poſſint pro interpretandis Teſtamentis, cæteriſque ultimis voluntatibus ad Statuta, & econtrà aptiſſimè argui valere, nemo inficiari poſſit, per ea, quæ ſunt à Doctoribus communiter tradita, præcipuè ad terminos ſimilium Statutorum, ut per Socc. Jun. *conſ.* 141
176. num. 11. Cephal. *conſil. 537. num. 24. vol. 4.* Galvan. *conſ. 31. nu. 223.* Giovagnon. *conſ. 70. num. 50. lib. 1.* Jacob. Gall. *conſ. 61. num. 15.* Antonell. *conſ. 32. numer. 16.* Ramon. *conſ. 95. num. 90.* Kloc. *conſ. 101. num. 43. vol. 3.* Manſ. *conſult. 541. nu. 26.* & in terminis iſtiuſmet Statuti Florentini per Sabell. *var. reſolut. cap. 82. n. 22.* ac occaſione noſtræ quæſtionis per Rotam Flor. *in ſæpè alleg. deciſ. in Cauſa de Barbolanis §. Præterea hanc eamdem ſententiam in fin. Lib. Motiv. in fol.*

Nec tamen deſunt inter Doctores præfatos, qui ea, quæ 142
ab aliis fuerunt expenſa pro determinandis ſucceſſionibus fideicommiſſariis, & aliis ſimilibus deducunt ad decernendas ſucceſſiones inteſtatas vigore ſimilium Statutorum fęminas propter maſculos excludentium, ut nempè eiſdem rationibus, quibus voluerunt in fideicommiſſis agnatitiis eſſe admittendos filios fœminarum cum Viro de eadem agnatione nuptarum, imò & ipſam Matrem, quoties illa, aut ejus filii per ipſius medium ſint proximiores, excluſis aliis agnatis remotioribus, quamvis aliàs dumtaxat maſculi ad ſuccesſionem fuerint invitati, ſint pariter ad ſimiles ſucceſſiones ſtatutarias admittendi, dum per ipſos intercedentibus ſimilibus nuptiis æquè benè conſervatur, & continuatur agnatio à Statutis exoptata quævè in ipſis condendis fuit conſiderata uti præcipuum 143
motivum, ac uti unica, & finalis ratio fœminas excludendi, maſculis extantibus; ſic enim Mangilius *in tractat. de imputationibus, & detractionibus* examinando *à quæſtione 52. ad quæſtionem 74.* materiam horum

horum Statutorum tamquam in Italia frequentium immò communium, diſputato in *quæſtion. 59.* An filia, cui à Patre fuit dos aſſignata, ſi noluerit Monaſterium ingredi, nec Matrimonium contrahere à ſucceſſione vigore horum Statutorum repellenda? & negativè quæſtione reſoluta, ex quo non nubendo, nec Monaſterium ingrediendo, ipſa remanet in agnatione, & non tranſit in alienam familiam, ideòque ceſſante cauſa excluſionis, ceſſet effectus, ut *num. 4.* ſubdit tamen *numer. 5.* quod ſi contingeret ipſam Matrimonio collocari alicui ex eadem familia, & agnatione ſatis diceretur conſervare familiam, & agnationem, ſicque implere mentem eorumdem Statutorum, allegatis ad ſuæ ſententiæ confirmationem, iiſdem Doctoribus, qui id firmant in fideicom-
144 miſſis; Ità pariter Odd. *in conſil. 46.* quod ſcripſerat occaſione fideicommiſſorum, & ſubſtitutionum à quadam Caſtora de Fortebracciis Uxore Dominici de Martellis Florentini, factarum in Teſtamento, cum quo deceſſerat, addita prohibitione alienationis quorumcumque bonorum, ex quo voluit illa omnia permanere debere in ejus familia *ſub numer. 60. verſ. quod ſcilicet ſtante Statuto*, tuetur eſſe admittendum fœminam adhuc innuptam, ea ex ratione, quod adſint Doctores, quos refert, firmantes, quod ſtante Statuto fœminarum excluſivo propter maſculos, ne bona exeant de familia, & agnatione, ſed in ea conſerventur, non excluduntur fœminæ natæ ex maſculis, donec ipſæ vivunt ſi nondum ſint nuptæ, idque ampliando in ſuo caſu, dicit fortius procedere, ſi fœmina, de qua ibi, orta ex Patre de Martellis, nuberet Viro de eadem familia, & agnatione, dum ejus filii eſſent futuri de familia de Martellis, ſubdendo, quod hoc caſu omne dubium ceſſaret, adnotato prius *num. 59. in finem verſ. Tertio dico*, quod con-
145 jecturæ, quæ ſolent ab Interpretibus ponderari, ad effectum dignoſcendi an fœminæ in ſimilibus caſibus ſint ad ſuccedendum admittendæ, illas dumtaxat conſiderat, præſupponendo fœminas eſſe nuptas, & ſic ſecundum communem contingentiam in alienas familias tranſiviſſe, nuſquam verò, quando adhuc non ſunt nuptæ, aut ſunt nuptæ in eadem familia, & agnatione, quam per ſimiles nuptias dicuntur conſervare, & continuare. Idem etiam tradidit Guidobon. *Advocat. Civil. 100. à princ. ad num. 13.* jam ſupra expenſus, firmando in terminis Statutorum Mediolani, & Dertonæ, excludentium fœminas propter maſculos ratione conſervandi agnationem, ad ſucceſſionem inteſtatam Patrui, ex eorumdem diſpoſitione eſſe admittendos nedum nepotes maſculos ex fratre, ſed etiam nepotes ex ſorore, quæ cum viro ejuſdem cognomenti fuerat nupta, ut ibidem retulimus. Item Bottilier. *de ſucceſſ. ab inteſtat. cap. 1.*
146 *theorem. 2. n. 64. 65.* ad terminos Conſtitutionum, & Conſuetudinum ſcriptarum Regni Neapolitani, de quibus ipſe loquitur, ut legere eſt, quæve habentur pro Statuto excluſivo fœminarum in illo Regno, ut adnotant Trentacinq. *conſ. 9. num. 11. paulò poſt princ. verſ. ſed in hoc Regno*, aſſerit ex his, quæ itidem ſunt tradita à Doctoribus in ſucceſſionibus fideicommiſſariis, eſſe ad ſucceſſionem ad terminos earumdem Conſtitutionum, & Conſuetudinem admittendos tam maſculos deſcendentes à fęmina nupta in familia, quàm ipſam fęminam illorum matrem, etſi eorum pater remotior eſſet, mater verò proximior. Sicut & Rodoer. *in ſæpè alleg. Comment. ad pragm. 33. de feud.* quæ pariter eſt dicenda Conſtitutio Statutaria illius Regni, nedum *c. 6.*
147 *n. 1.* aſſerit, meritò graviſſimos auctores dixiſſe, quod fęmina ſic nupta poſſit in fideicommiſſis agnatitiis ſuccedere, ſed ulterius *c. 7. 8.* addidit non videri veriſimile filios ex talibus nuptiis procreatos *eſſe compræhenſos ſub Lege, Statuto, aut Diſpoſitione qualibet excludente fęminas, aut eſſe excluſos per Legem, Statutum, vel Diſpoſitionem vocantem maſculos, conjecturamque voluntatis ad eorum favorem urgere*, ut ſunt ipſius verba. Quem-
148 admodum etiam Actolin. *reſolut. forenſ. 13.* licèt in ſuo caſu tueatur non ſuffragari, imò reſiſtere diſpoſitionem ſimilis Statuti cuidam, qui contendebat eſſe ad inteſtatam ſucceſſionem admittendum, tanquam ortum à fęmina agnata defuncto proximiori, ex quo cum illa fuerit nupta extrà propriam familiam deſiderat eſſe agnatione, dum illam continuare nequibat, firmando proindè ejuſmodi fęminas non eſſe ad ſimiles ſucceſſiones ſtatutarias admittendas, attamen *n. 18. in fin.* ſecus eſſe dicit, quando fęmina Virum habuit ejuſdem familiæ, & agnationis; Et præ omnibus Rota noſtrà Romana, quæ etſi occaſione Statuti Januenſis, ad feminarum excluſionem ſolos maſculos vocantis, primùm indiſtinctè firmaſſet inter *rec. deciſ. 89. par. 6.* quod animadverſis illius Statuti verbis in Jure illo honorifico, de quo ibi agebatur, non videbantur poſſe ſuccedere deſcendentes ex fęminis, quamvis Viro de eadem familia, & agnatione 149
nuptis, attamen in ſequenti deciſione, impreſſa pariter in *rec. dec. 53. par. 7.* ſe declarando, dicit ideò eo in caſu contrà tales deſcendentes ex fęminis fuiſſe judicatum, ex quo concurrebant maſculi ex maſculis, qui habebant regulam pro ſe, ſicquè erant præferendi cum duplici jure niterentur, quia ſcilicèt erant maſculi, & deſcendebant ex maſculis, admittendo tamen, quod *iis deficientibus, alii orti ex fœminis nuptiis in agnatione, à Statuto poſt illos cenſentur vocati*, ut in ea legere eſt.

Quinimmò in terminis iſtiuſmet Statuti Florentini, de 150
quo loquimur, id apertè declaraſſe videtur Angel. *in ſæpè allegat. conſ. 283. ſub num. 3. ad fin.* dum ſuper eod. conſulendo poſt redditam rationem, ob quam tam in illo, quàm in cæteris ſimilibus Statutis ex fęminarum excluſione, agnati maſculi dicuntur ad inteſtatam ſucceſſionem vocati, nempè *quia per maſculos agnatos conſervantur familia, & dignitas earum*, ut ſunt ipſius verba, jam per nos ſuperius animadverſa, ità ſubdit: *quæ conſervatio non cadit in agnatis fœminis, quoniam tranſeunt in alienam familiam, & aliam agnationem, licet quandoque in eadem nubant, ſed raro*; ſic in ſpecie aſſerendo, præfatæ rationi excluſionis locum non eſſe ubicumque in familia, & agnatione defuncti nupta fęmina eſt, ut totidem ferè verbis ejuſdem Angeli dicta expendendo, animadvertit Cravett. *conſ. 656. ſub num. 10. verſ. Secundo in ſpecie, & conſil. 877. ſub num. 11. verſ. Decimo tertio*, ac pariter quodammodo declarando, quod in liberis maſculis fęminarum ità nuptarum, ratio agnationis verſatur, & ad eos Jura agnationis æquè competunt, ac ſi ex agnato maſculo ſint procreati, ubicumque cum Viro ejuſdem agnationis Mulier eſt nupta, ut itidem Cravett. *conſ. 831. ſub numer. 6. verſ. Item Angel.* cenſet, dum poſt alios ad id 151
firmandum enumeratos, affert ipſum Angelum, uti idem ſentientem. Undè ejuſdem auctoritas, tamquam anteſignana communiter recenſetur pro utraque ex prædictis ſententiis, vel ipſam nominatim, vel alios, qui ab ipſo eaſdem mutuarunt referendo, ut videre eſt apud Doctores ſuprà relatos, inter quos præcipuè illum allegant Menoch., Mangil. Guidobon. addentes ad Molin., Capan. De Pont. Caſanatt. Fuſar., Rodoer. Ferdinand., Alphonſ. del Aquila *in locis ibidem indicatis*. Et quidem jure cum hæc voluiſſe Angelum aſſerere, ſatis pateat ex ejus loquendi modo in verbis antea enarratis tum attenta illa dictione *licèt* ab ipſo adhibita, ut caſum raro evenientem nubendi in familia, & diverſum ab alio frequentius contingere ſolitum, nubendi in alienis familiis, explicaret, cum illa dictio *licèt* ſit adverſativa præcedentium, & caſum minùs dubium indicet ad notata per Hermoſill. ad Lopez *gloſſ. 4. ſub nume. 5. verſ. Sibi contrarius l. 42. tit. 5. p. 5.* Quam attento quod, dum dicit, caſum fęminæ nubentis in eadem familia, & agnatione rarò contingere, videtur etiam aſſerere, quod quoties eveniat, fęmina ità nupta debet conſiderari, ſicut ii, qui tamquam ad agnationem conſervandam apti, ſunt ad ſimiles ſucceſſiones vocati, à ceſſante ratione, qua fęminæ ſunt excluſæ, & concurrente ratione, qua maſculi per earum remotionem ſunt incluſi, ut eadem *Angeli* aſſer- 152
tione animadverſa, in individuo declarant De Pont. *in allegation. conſ. 154. num 30. in fin.* & Caſanatt. *in ſæpè recenſit. conſ. Prò Duce Sermonetæ articul. 2. ſub num. 129, & 130.* ambo ad dictorum comprobationem allegantes egregiam doctrinam, ut ipſi ajunt, Andr. de Iſerna *in cap. 1. §. hoc autem verſ. Item qui ſi hodiè, ſivè n. 20. tit. qui feud. dare poſſunt in uſib. feudor.* qui notabiliter dicit, quod cum inter cæteras rationes, quibus fęminæ à feudi ſucceſſione ſunt excluſæ, ea potiſſimum ſit, quod ad juvandum Domino in bello non dijudicantur aptæ, ex quo frequentius pugnare nec ſolent, nec valent, ſi forte contingeret, quod aliqua fœmina ſe armaret,

maret , & eſſet in expeditione ſicut maſculus, debebit
habere feudum , licet illi jura feudalia non adaptentur,
ſcilicet quia lex non fuerit facta de talibus , ſed quia
ea , quæ inſolita ſunt , & raro eveniunt, poſtquam eve-
niunt , habent omnia , quæ habent illi , qui ad feudum
vocantur , concludendo tandem idem Caſanatt. *eodem*
numer. 129. *in fin.* quod pari modo fœminæ in familia
153 nubentes admittuntur ad agnatitias ſucceſſiones , quia
de eis in ſimilibus diſpoſitionibus , non cenſetur in ca-
pite excluſivo cogitatum , & habent ea omnia , quæ ha-
bent legitimè vocati in capite incluſivo , cui conſonat
etiam De Pont. *n.* 33. *ad fin.*

154 Ad quæ deturbanda minimè valebit afferre , id quod
dicit Decian. *reſponſ.* 1. *num.* 292. *vol.* 1. & ſi quis ſit
alius , qui eum ſequatur , quod nempè ex hoc ipſo , quod
caſus mulieris nubentis in familiâ raro contingit , non
videtur habendus in conſideratione, per ea , quæ legun-
155 tur in *leg. nam ad ea* 5. , *& leg. quoniam* 6. *ff. de leg.*
ſiquidem in priori ex iſtis juribus , ideò Celſus dixerat,
ad ea potius jus debere adaptari , quæ & frequenter , &
facile , quàm quæ perraro eveniunt, ſicuti & Paulus *in*
lege ſeq. ſcripſerat , quod ea , quæ ſemel , aut bis acci-
dunt , contemnunt Legislatores , ne alias , cum impoſ-
ſibile ſit legem aliquam conſtituere , quæ omnes huma-
156 nos actus compræhendat , ut in *leg. leges* 10. *& in leg.*
non poſſunt 12. *eod. tit.* poſſet opponi , quoad ea , quæ
raro accidunt , legem deviare à dictamine rationis , ut
ponderat Anguian. *de legib. lib.* 1. *controverſ.* 2. *n.* 3. *&*
ſeqq. nuſquam verò ut per inibi dicta , caſus raro con-
tingentes voluerint ſubverti , vel eſſe excluſos , ut in *d.*
l. nam ad ea animadvertunt Interpretes , & præcipuè
Brunemann. *ſub num.* 2. *verſ. Notes autem Jul. Pacius*
Enantiophanon , *ſive Leg. conciliatar. centur.* 1. *qu.* 10. &
alii communiter ; Cum certa ſit regula , quod iis , quæ
raró accidunt aptantur leges , quæ quoad ea , quæ fre-
157 quentius accidunt fuerunt conſtitutæ , de qua in *l. ea*
quæ raro 64. *ff. de regul. jur.* cum ibi traditis per Ac-
curſium , & notatis per Vicent. de Franchis *deciſ.* 20.
n. 4. Carol. Marant. *in medul. Decret. verb. raró* , & Ho-
diern. *controv. forenſ.* 20. *n.* 38. *ad fin.* Propterèaque ca-
ſum conſervationis agnationis per fœminam nuptam in
familia , quamvis raró contingentem , quoties accidit eſ-
ſe judicandum , juxtà ea , quæ ex communi , & ſolita
contingentia fuerunt favore maſculorum conſtituta , cum
non dicatur caſus per Statutum excluſus ad rem tradunt
158 ultrà Caſanatt. & De Pont. mox relatos , Vegg. *conſ.*
63. *ſub num.* 87. 88. & Rodoer. *ad d. pragmat.* 33. *de*
feud. c. 6. *n.* 4. Atque ex his magis firmum remanere ,
quod *Angelus* dum per verba adverſativa , & caſum mi-
nus dubium explicantia conſulendo ſuper hoc Statuto
Florentino , caſum fœminæ nubentis in familia , quam-
vis raró contingentem oppoſuerit caſui fœminæ nuben-
tis extrà familiam , magis frequenter evenire ſolito ;
voluerit etiam aſſerere , quod fęmina , ita nupta , uti
apta ad agnationem conſervandam , & multò magis filii
ex hujuſmodi nuptiis procreati , uti maſculi agnati , ad
præſcriptum ejuſdem Statuti , ſuccederent , tam attenta
regula , qua habetur , quod idem operatur oppoſitum in
159 oppoſito , quam propoſitum in propoſito , de qua latè
Tabor. *locorum commun. lib.* 3. *cap.* 87. *axiomat.* 10. *&*
lib. 13. *cap.* 29. *axiomat.* 3. quam ex eo , quod arguen-
do à natura contrariorum , dicitur uterque caſus deter-
minatus ; Rota *in recentioribus deciſ.* 234. *n.* 22. *par.* 18.
cum aliis cumulatis in *noſtra diſſertat. impreſſ.* apud Pi-
tonium *diſceptat. Eccleſiaſt. tom.* 2. *ante Indic. materiar.*
num. 21. *in finem fol.* 20.

Cum igitur ineluctabile remaneat , quod Barones Bet-
tinus , & Octavianus ſint dicendi illi agnati maſculi , quos
Statutum Florentinum ad inteſtatas ſucceſſiones favore
agnationis admittendos eſſe voluit , fœminis excluſis ,
pari certitudine erit etiam aſſerendum eoſdem eſſe dijudi-
candum exiſtere intrà gradus , in quibus idem Statutum
160 voluit ipſos agnatos maſculos eſſe conſtitutos . Nam quid-
quid ſit , an ſola Baronis Leonis Patris perſona inſpecta id
in illis certificari valeat , dum per ejus medium in gradu
valdè remoto , & longè à defuncto diſtanti videntur con-
ſtituti , eſt certum , quod conſiderata perſona Caſſandræ
Matris , quæ fuerat ejuſdem Baronis Braccii defuncti So-
ror , ſunt eidem tertio conſanguinitatis gradu conjuncti ,
juxtà Juris Civilis computationem , de qua in *§. Tertio*
gradu Inſtit. de gradib. cognat. ac l. 1. *§. Tertio* , *& l. Jure* 161
conſultus 10. *ff. de gradib. & ad fin.* quamve ſervandam eſſe
voluit noſtrum Statutum , ut in eo legere eſt , & refert 162
Caſtrenſ. *conſ.* 56. *nu.* 5. *lib.* 1. Ideoque ſaltem hoc reſpe-
ctu iidem erunt dicendi intrà gradus à Statuto præfinitos ,
quamvis ex parte patris non viderentur tales , cum ad hoc
ut quis remotior dijudicetur , non relevet , quod ex uno
latere ſit talis , niſi ex utroque latere id probetur , cum
poſſibile ſit , quod ex uno latere ſit proximior , licèt ex
alio ſit remotior , Rot. *coram Bich. deciſ.* 313. *nu.* 2. Gra- 163
dus enim nil aliud eſt , quam habitudo , ſeu reſpectus mu-
tuus earum perſonarum , quæ cognatione ſe invicem at-
tingunt , vel diſtantia propinquitatis , ſive cognationis ,
qua dignoſcitur quantum perſonæ inter ſe differant , vel
adhæreant , ut poſt Tancredum , Joannem Andream , &
antiquiores alios adnotant Rittershuſ. *in expoſit. methodic.*
novellar. part. 7. *cap.* 5. *num.* 2. Sanchez *de matrim. lib.*
7. *diſput.* 50. *ſub nu.* 2. *verſ. Gradus eſt* , Pereir. *in elu-*
cidar. utriuſque jur. lib. 3. *elucid.* 6. *ſect.* 5. *ſub nu.* 1695. 164
verſ. Gradus eſt , & omnes communiter ; Et quidem ſivè
id per patris , vel matris perſonam contingat , ut quia per
alterum ex his quis conjungatur , ut ſunt Textus aperti *in*
d. l. Jure conſultus 10. *§. Idem faciendum ff. de gradibus &*
affin. in illis verbis „ *Sic fratre in ſecundo gradu eſt quo-* 165
niam patris , *vel matris* , *perſonæ* , *per quos conjungitur* ,
prior numeretur , *& in Authent. In ſucceſſione C. de ſuis* , *&*
legitim. hæred. & in Auth. Poſt fratres la 2. *C. de legitim. hę-*
red. ſicque ſatis ſit , quod conjungantur ex perſona ma-
tris , ut ex eiſdem juribus adnotant Campeg. *inter conſ.* 166
feudal. Albert. Brun. *conſ.* 10. *ſub num.* 16. *§. Quantum* , *ad*
fin. verſ. Cum ſint proximiores , Camill. Villan. *in reſponſ.*
impreſſ. apud Donat. Antonium de Marin. *lib.* 1. *reſolut.*
jur. c. 131. *ſub n.* 23. *ad med.*

Nec dubitari poterit , quin iſta gradus prærogativa ità
à matre deſumpta valeat Fratribus de Ricaſolis ad pręſens
ſuffragari , ut etiam ad terminos Statuti , de quo agitur
ſint dicendi intrà gradus ab illo præſcriptos conſtituti , ne-
dum quia dum in Statuto non fuerat diſtinctum , undè gra-
dus iſti ſint deſumendi , ſed ſimpliciter de hoc fuerit habitus
ſermo , illud generaliter eſt intelligendum , ut nempè à
quolibet ex parentibus , per quem quis defuncto conjun-
gitur gradus deſumi poſſit , & ſic etiam à matre , dum-
modo in eo , qui tali gradu uti vult , non deficiat quali-
tas agnationis primario à Statuto conſiderata , quamquis
àliàs iſta ſit ſeparata à gradus , nam cum per hoc ſit ſatis-
factum primæ , & potiori , imò unicæ , & finali rationi
ejuſdem Statuti , quod nempè ſuccedens ſit aptus conſer-
vare agnationem , & dignitatem familiæ , propinquitas eſt
conſideranda ſecundum naturam quomodocumque perve-
niat , juxtà ea , quæ in terminis paris ſucceſſionis , latè ,
& egregiè diſſeruit Rota Flor. *in Cauſa de Barbolanis Lib.*
Mot. 18. *pag.* 19. *at. & ſeqq. deciſ.* 8. *Viſum nihilominus* ,
& §. Et quod hæc , ubi licèt loquatur de ſucceſſione teſta-
mentaria , tamen *eodem §. Et quod in fin.* adducit axioma
jam per nos ſuperiùs expenſum , & ad cujus confirmatio-
nem hæc eadem deciſio fuerat jam per nos allegata , quod
nempè in his , in quibus habet locum ratio , debet etiam
habere locum diſpoſitio , *regulat enim ratio quamlibet di-*
ſpoſitionem , *ſivè ſit teſtamentaria* , *ſivè alia* , *eam reſtrin-*
gendo , *vel ampliando* , ut ſunt ejuſdem Deciſionis verba ,
quibus videtur etiam diſpoſitionem Statutariam voluiſſe , 168
compræhendere . Nec non , quia licèt per ſimilia Statuta
videatur receſſum à jure communi in favorem agnatorum
maſculorum , propter ipſos excludendo cognatos , non
tamen debent intelligi , quod voluerint eſſe ſublatam , vel
alteratam conſanguinitatem in ipſis agnatis maſculis , ita-
ut gradus à matre derivatus nequeat illis prodeſſe in ſucceſ-
ſionibus , quando militat eadem ratio , qua excluſi ſunt
cognati , quod nempè bona nequeant per illos conſerva-
ri in familia , & agnatione , ſed potiùs militat ratio con-
traria , cum tunc cenſendum ſit , quod conſanguinitas in-
violata remanſerit , itaut propinquitas ex parte matris va-
leat habere effectum quoties maſculus agnatus vult ea
juvari , ad hoc ut gradus per illam unitus cum agnatione
faciat implementum perfectæ ſucceſſionis ad mentem ejuſ-
modi Statutorum ad firmata in terminis ſimilis Statuti
per Ruin. *conſ.* 28. *num.* 12. *volum.* 3. cum his , quæ ad
inibi dictorum confirmationem pariter in terminis alio-
rum

rum ſimilium Statutorum latè deducunt Riminald. Jun.
conſ. 402. *num.* 27. 30. 57. 59. *& per totum* , & Bucca-
ferr. *conſil.* 64. *numer.* 28. 38. *&* 41. *& ſeqq.* & ibidem
Mantic. *conſ.* 65. *ſub num.* 21. *verſ. Quare ſimili quoque*
modo , quævè ad noſtræ quæſtionis reſolutionem fortius
procedere aſſerit , & probat Rot. Florent. *in d. deciſ.*
in Cauſa de Barbolanis §. Præterea hanc ſententiam §.
Non obſtat igitur ad med. & §. Ad tertium vero .

Sed potiſſimum quia agnatio , cognatio , & proximi-
tas , ſive gradus in unico , eodemque ſubjecto concur-
rentes , mutuo auxilio faciunt unum integrale perfectiſ-
ſimum , propter quod quoties , prout in caſu noſtro , agi-
tur de Matre , quæ fuerat Soror Defuncti , & ſic de il-
lius familia , & agnatione , quæve Viro per lineam pa-
ralellam à communi ſtipite ejuſdem familiæ , & agnatio-
nis deſcendenti , erat nupta , proximitas , ſive gradus ab
ea deductus , & qualitas agnationis à patre derivata , in
filii ex ipſis genitis , & in eſſe productis inſimul unitæ ,
ita univocentur , ut quæ genitoribus fortaſſe non profi-
ciebant , ipſis proſint ad eſſe perfecti , & proximi agnati ,
juxta ea , quæ luculenter , & egregiè ad rem diſſerit Ro-
170 doer. *ad Regn. Neap. pragmat.* 33. *de feud. c.* 7. *n.* 4. 5.
& 6. Non enim eſt in jure novum , quod ea , quæ ſui
natura ſunt dividua , ratione adjuncti individua effician-
171 tur ad cumulata per Hermanoct. Detum *in l.* 4. *§. Cato*
num. 495. *ff. de verbor. oblig. tom.* 6. *Rep. Civil. fol.* 318.
juxta antiq. edition. Pedrocc. *in conſ. de interp. Contract.*
numer. 171. *in fin.* Marc. Mantua *obſervat. legal. lib.* 1.
obſervat. 3. *paulò poſt princip. verſ. Et ſic* . Proindeque
qualitates agnationis , & gradus licet dividantur in Cau-
ſa producente , & efficiente in perſonis nempè Genito-
rum , bene in eorum filiis ſint dicendæ individuæ , &
172 inſeparabiles , prout voluit Rodoer. *d. num.* 6. ſicuti &
eſt certum , paſſim etiam in jure eſſe receptum philoſo-
phicum axioma , quod omne compoſitum aliquid ex u-
triuſque ſui ſimplicis natura participat , ut propterea non
incongruum ſit aſſerere , quod filii ex iis nuptiis procrea-
ti , quibus fœmina de familia , & agnatione defuncti , ſe
cum Viro de eadem agnatione , & familia copulaverat ,
quamvis agnationem deſumant à patre , adhuc gradum
à matre derivare valeant , ſic ab utriuſque parentis natu-
173 ra aliquid participando eodem planè modo , quo in ſimili ,
filios , qui etſi nomen , & familiam matris non ſequan-
tur , ſed à Patre tamquam ab agente denominentur , cum
etiam ex matris ſanguine oriantur , præfata ratione com-
poſiti , illius nobilitate clariores fieri , poſt cæteros , quos
174 referunt , tradunt Lupus *ad rubr. de donat. inter. vir. &*
uxor. ſub num. 4. *verſ. Negari tamen non poteſt* , Pruck-
mann. *in repet. l. in multis ff. de ſtat. homin. ſive de dif-*
ferent. utriuſque ſexus part. 1. *princip. membr.* 3. *art.* 23.
num. 17. Quapropter rectè poſſe hoc caſu gradum pro-
ximiorem à matre derivari appoſitè ad rem ſubdidit
175 idem Rodoer. *ibid. num.* 9. *in fin.* ex Rovit. *ſæp. alleg.*
conſ. 1. *numer.* 45. *lib.* 1. qui ad hoc affert declarationem
jam ſupra relatam Alphonſi I. *Regis Neapolis* factam in
Familia Sanſeverina , quia in ſimili facti contingentia ,
expreſsè dixerat , poſſe in iſtis ſucceſſionibus gradum ca-
pi per medium fęminæ , quia licet fęmina de per ſe ſola
conſiderata , videatur dicenda medium inhabile ad con-
ſtituendum gradum in ordine ad agnationem , id non
procedit quoties ipſa in eadem familia , & agnatione
reperiatur nupta , ut ibi animadvertimus .

Quod & pro certo ſuppoſuiſſe videntur unanimiter Do-
ctores , qui occaſione parium controverſiarum , con-
ſtanter affirmant , quod liberi maſculi ex talibus nuptiis
ſuſcepti ad ſucceſſiones vigore diſpoſitionum favore agna-
tionis factarum ſunt indubiè admittendi , nedum uti maſ-
culi agnati , ex quo in eis agnationis ratio verſatur , ſic-
que ipſis Jura agnationis æquè competunt , ſed etiam uti
qualitatem proximitatis habentes quoties à ſimilibus diſ-
poſitionibus ea eſt requiſita , necnon uti proximiores ad
excluſionem agnatorum remotiorum , quamvis iſta major
proximitas deducatur ex parte matris , quæ fuerat nupta
Viro de eadem familia , & agnatione , ſi per ejus medium
176 exiſtant , vel efficiantur tales , & præcipuè Cravett. *con-*
ſil. 831. *ſub num.* 3. *§. Si dixeris* , ubi quod filius eo in caſu
ut proximior ex perſona matris erat ad ſucceſſionem ad-
mittendus , quamvis alias videretur diſponentem voluiſſe ,
quod quis ad illam perveniret ex perſona patris ratione
conſervandi agnationem , & quia cum per ſimiles nuptias ,
etiam per matrem conſervetur agnatio , ſatis voluntati
Teſtatoris ſatisfieri eſt cenſendum , Vegg. *conſ.* 63 *n.* 74.
in fin. & num. 75. *cum ſeqq.* ubi facta præcisè dinumeratio-
ne graduum , & demonſtratio quod Franciſcus , de quo
ibi erat proximior per medium fęminæ nuptæ in familia ,
& erat agnatus ex parte patris , item maſculus , ſicque
haberet omnia requiſita à diſponente volita , meritò debe-
bat ad ſucceſſionem admitti , omnibus aliis excluſis , ſub-
dendo etiam ſub *numer.* 108. quod quoties per diſponen-
tem fuerunt vocati agnati maſculi proximiores , cenſetur
etiam de proximioribus ex fęmina nupta in familia cogi-
taſſe , illoſque ea vocatione voluiſſe comprehendere , ſi
alias iidem ſunt agnati , & per eos conſervatur agnatio ,
ſicque habent omnia requiſita , quod conſilium fuit red-
ditum in ſupra relata Cauſa de Barbolanis , in qua juxta
inibi ſcripta fuit dicto Franciſco delata ſucceſſio per Ro-
tam Florentinam , ut in Deciſione deſuper extenſa Man-
dell. Alban. *conſil.* 86. *num.* 1. 2. *& conſil.* 87. *itidem num.*
1. *&* 2. eadem fere repetens , utpotè in eadem Cauſa Scri-
bens , ac animadvertens ulterius præſertim *in d. conſ.* 87.
idem ſenſiſſe celebres Juriſconſultos Jaſonem , Bartholo-
mæum Soccinum , Joannem Campegium *inter conſil. feu-*
dal. Albert. Brun. *conſ.* 9. 10. *&* 11. & Curt. Jun. *conſ.* 1.
in caſu ſucceſſionis feudalis quorumdam de Scarampis ,
ſuper quo ſcripſerant , quod nempè nepos maſculus , de
quo ibi agebatur deſcendens per fęminam à primo ſtipi-
te , quæ fuerat nupta in agnatione ipſius primi acquiren-
tis , in illa ſucceſſione præferri deberent aliis agnatis ,
quamvis eſſent eo proximiores reſpectu agnationis , ſed
non proximiores reſpectu conſanguinitatis , quia cum iſte
nepos eſſet agnatus ex parte patris , ſicuti alii , & ita
quantum ad hoc capax feudi ſicut illi , & eſſet proximior
quam illi videlicet proximior propter matrem , debebat
ille ſolus admitti , cum haberet omnia requiſita ; Eadem-
que repetunt cæteri ferè omnes , qui pro iſta ſententia
fuerunt relati etiam pro theorica generali ad illam confir-
mandam eadem deducendo , ut præcipuè Peregrinus ,
Trentacinquius , Fuſarius , Bartholomæus Stella , Bar-
boſa , Capanus , Paſchalius , Roxas , Ferdinandus , Al-
phonſus dell'Aquila , Bottilierius , Molpheſius , De Pon-
te , Cartvita , Faber , Pegas , Carolus Antonius De Lu-
ca , Rodoerius , & alii plerique . Ex hoc enim inficiari
nemo poterit , quin iidem voluerint etiam aſſerere , aut
ſaltem uti certum ſupponere , quod per filios fęminarum
ita nuptarum gradum hoc caſu poſſit derivari à matre ad
hoc ut ipſi , uti agnati ex parte patris , & infra gradus ex
proximitate , quam habent per matrem , ſint ad ſimiles 177
ſucceſſiones admittendi , cum non aliunde , quam ex or-
dine , ac poteſtate proximitatis , gradus prærogativa ſu-
matur , ut benè inquit Robles *de repræſentat. lib.* 3. *c.* 11. 178
ſub numer. 14. *verſ. Cum non aliunde* . Et quidem ad hoc
ut tamquam proximiores , ſint etiam aliis agnatis remo-
tioribus , quoties adſunt , præferend , cum major , & mi-
nor proximitas nonniſi juxtà proximitatem graduum ſuc-
ceſſionum dijudicetur , Manſ. *conſult.* 84. *num.* 8. *ad fin.* 179
Indeque proximus , ſive proximior agnatus is dicatur , qui
obtinet primum ſucceſſionis gradum , juxtà cumulata per
Menoch. *conſil.* 820. *num.* 12. 13. *Contr. diſcept. forenſ.*
cauſ. 46. *num.* 1. Caſareg. *elucubrat. ad Statut. Genuæ tit.*
de ſucceſſ. ab inteſtat. §. 17. *ad verb. Agnatus maſculus*
proximior num. 10. Atque propterea ſemper magis ve-
rum ſit dicere , quod quoties quis habet qualitates agna- 180
ti à patre , ac proximioris à matre non ſeparatas in ſui
perſona , ſed unitas , licèt in origine diverſas , eſt ad
ſimiles ſucceſſiones admittendus , quamvis qua parte eſt
agnatus inveniatur excluſus uti remotior , & qua pro-
ximior videatur eſſe cognatus ; cum hoc caſu iſta ex-
cluſio remaneat imaginaria , dum ex prædicta unione
efficitur verus , & perfectus agnatus intra gradus à Sta- 181
tuto requiſitos , ſicque ceſſat ratio excluſionis , & con-
currit id , quod requiritur pro incluſione per ea , quæ
ultra tradita per Rodoerium paulò ante animadverſa ,
iiſdem ferè verbis egregiè diſſerit Ferdinand. Alphonſ.
dell'Aquila *in ſæpè allegat. addit. ad* Roxas *de incomp.*
regn. & major. d. part. 1. *c.* 6. *num.* 346. & anteà non
obſcurè videtur pro certo ſuppoſuiſſe Bartholom. Stella
apud Fuſar. *conſ.* 19. *num.* 20. *ad fin. §. Reſpondetur* ,
quod licet agnatio , *verſ. Ita in propoſito* .

Ponderando præterea, quod iſta unio agnationis, & proximitatis ſimilibus in caſibus valet dici, etiam primitus ſequuta ipſo patre agnato, ſtatim, ac cum muliere de eadem familia, & agnatione nuptias contraxerat, itaut ipſemet propria agnatione, & uxoris proximitate in ſui perſonam transfuſa in facti contingentia juvari poſſet, ex quo cum per matrimonium maritus efficiatur una caro, & ſanguis cum uxore, ipſe quoque uxoris gradum videtur aſſumere, & ulterius per nuptias in eodem gradu affinitatis conſtituitur, itaut ſi nupſerit cum muliere de eadem familia, & agnatione, licet remotior, per tales nuptias fortior, ratione proximior evadat ad effectum ſuccedendi ejuſdem uxoris conſanguineis uti proximior agnatus, cæteris agnatis inferioris gradus poſthabitis, ſi agitur de ſucceſſione vigore diſpoſitionis favore agnationis factæ, juxta
182 ea, quæ tradunt Peregrin. *conſil.* 50. *ſub numero* 4. *lib.* 3. Capon. *de Fidcicommiſſ. maſculin. inſpect.* 1. *artic.* 4. *ſub numer.* 4. Barthol. Stella apud Fuſar. *conſil* 19. *ſub num.* 32. *§. alio etiam jure ad finem* De Pont. *conſ.* 154. *num.* 38. *& ſeqq. lib.* 2. Molpheſ. *conſil.* 18. *num.* 20. *ex impreſſ. poſt lib.* 2. *Commentar. in conſuetudin. Neapol.* Paſchal. *de virib. patr. poteſtat. part.* 4. *cap.* 9. *num.* 77. Pegaſ. *de excluſ. incluſ. ſucceſſ. & erect. majorat. part.* 2.
183 *cap.* 14. *ſub num.* 157. Nam licet affinibus ſucceſſiones jura non deferant *l. affinitatis C. commun. de ſucceſſ.* cum concordantibus per Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 14. *ſub num.* 19. & in affinitate nulli ſint gradus juxta *l. non facile* 4. *§. affines ſunt ff. de gradib. & affinib.* Attamen eſt certum, quod affinitas eſt conjuncto perſonarum, quæ antea diverſarum erant cognationum, & per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, namque conjungendæ affinitaris cauſa fit
184 ex nuptiis, ut in *d. l.* 4. ex Modeſtino ſcriptum habetur, & concordant relata per Paleott. *de not. & ſupr. lib.* 1. *cap.* 7. *ſub num.* 1. Ideoque iſta conjunctio, vel conferre videbitur etiam in ſucceſſionibus, quamvis per affinitatem illæ non deferantur, ſi bene perpendantur
185 ea, quæ ex Paulo fuerunt relata in *l. juris conſultus* 10. *ff. eodem tit. de gradib. & affin.* quatenus dicitur, quod *Juriſconſultus cognatorum gradus, & affinium noſſe debet, quia legibus hæreditates, & tutelæ ad proximum quemque agnatum redire debent*, cum his, quæ ad ejuſdem Textus ornatum tradit Pichard. *in rub. inſtitut. de gradibus cogn. num.* 1. idque ſive inibi illa vox *affinium* retineatur, prout in omnibus Codicibus fuerat ſcriptum, ſive ejus loco reponatur verbum *affines*, prout legendum eſſe monuit Cujac. *in prior. not. ad tit. inſtit. de gradib. cognat.* itaut non aliter *in anteced. l.* 4. fuerit dictum per Modeſtinum, quod gradus affinitatis nulli ſunt, niſi quia in affinibus non conſiderantur gradus ſeparati, & diſtincti, uti gradus affinitatis, cum iidem ſint, qui con-
186 ſanguinitatis ſunt gradus, ut adnotat Schurer. *in expoſit. metodic. de gradib. conſanguin. & affinit. impreſſ. poſt tract. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.* 12. *§. atque non minus, verſ. & affinitatis gradus fol. mihi* 504. & pluribus cumulatis Fontanel. *Cathalon. deciſ.* 12. *num.* 27. 28. *lib.* 1. indeque nemini lateat, quod in jure affines unius conjuges, ſunt alterius conſanguinei omnes. Vel certè operabitur, quod ex affinitate, quæ una cum hujuſmodi conjunctione intervenit, aliquid pluries eidem addatur, ad hoc ut in viro, qui cum muliere ejuſdem familiæ, & agnationis connubium contraxerat, eo magis agnatio, & proximitas ſint dicendæ in ipſo unitæ, & copulatæ, propter quæ in eſſe veri agnati proximioris ju-
187 dicatur conſtitutus, Proptereaque hoc dato in filiis per eumdem ex ſimilibus nuptiis ſuſceptis, nedum certum ſit dicere, quod hujuſmodi unio validius procedere videatur, dum ultra qualitates agnationi à patre, & proximitatis à matre in eorum perſonis unitas, adſit etiam iſte gradus ſanguinis, itaut eo fortius ſint dicendi agnati
188 proximiores, per ea, quæ animadvertit Bartholom. Stella apud Fuſar. *d. conſil.* 19. *ſub nu.* 24. *§. ita in propoſito, & §. nam iſta propoſitio.*

Sed etiam non abſonum eſſet aſſerere, quatenus oporteret, quod iidem ab ipſo patre tam agnationem, quàm proximitatem quodammodo hoc caſu deſumere poſſint, ad hoc ut ipſis tamquam proximioribus agnatis etiam patris conditionem ſequentibus ſit ſucceſſio deferenda, dum eædem qualitates in illius perſona fuerunt antea unitæ, & copulatæ, ſicque per hanc unionem idem pater ex agnato remotiori fuerat effectus agnatus proximior 189
ex jam dictis, & ex indubio juris axiomate, quo habetur quod qualitas nova ſuperveniens enti unius ſpeciei, illud diverſificat, & in aliam ſpeciem transfert, de quo cum pluribus, quos refert, latè Robles *de repræſentat. lib.* 3. *cap.* 13. *numero* 13. Nec alias eſt novum, quod in ſucceſſionibus procedat aliud axioma, quod alterius beneficio, ſive ratione adjuncti, quis conſequatur ea, 190
quæ jure proprio, & ex propria perſona obtinere nequiret, quod ex his, quæ generaliter tradit Jaſon. *in l.* 191
ſi emancipati numero 5. *& ſeqq. Cod. de collat.* & ad illius confirmationem expendit Larrea *Granat. deciſ.* 34. *numero* 31. 32. *&* 33. In terminis ſucceſſionum, quæ vigore ſimilium Statutorum deferuntur latè exornat Nat. 192
in tract. quod ſtant maſcul. quæſt. 3. *princip. numero* 70. *in fin.* regulam hanc pluribus ampliationibus confirmando *à numero* 71. *ad* 80. & conveniunt Pariſ. *conſil.* 47. *num.* 75. *lib.* 3. Caball. *conſil. deciſiv.* 126. *nu.* 270. *lib.* 2. Bellon. Jun. *conſil.* 74. *num.* 10. Cyrocc. *diſcept. forenſ.* 39. *num.* 20. *in fin* Gob. *conſult. deciſiv.* 117. *num.* 67. & ad terminos noſtræ quæſtionis Lara *in compend. ult. homin. cap.* 30. *num.* 109.

Quæ tamen ſint dicta ex abundanti, cum, ut jam paulo ante animadvertimus, ad effectum, de quo agitur ſatis ſit quod iſti fœminarum filii, qui alias ſunt maſculi, & habent agnationem ex patre defuncto, conjungantur per matrem agnatam, & in familia nuptam, iſtaque ratione proximiores exiſtant, cum per hoc menti ſtatuentium plenè cenſeatur ſatisfactum, dum ita bene habetur effectus conſervationis agnationis, & permanentiæ bonorum in familiis, ex quo agnatio in matre ſit, & per eam agnatio conſervetur, ut pariter diximus, & quia ratio, ob quam, & mulier, & deſcendentes ab ea excludi ſolent, illa eſt, quia caput, & finis agnationis familiæ ſuæ mulier habetur, ut ibidem etiam tetigimus ex his, quæ dicit *J. C. in l. pronunciatio in fin. ff. de verb. ſign.* cum hęc nonniſi eo caſu intelligi poſſint procedere, quo in aliena familia mulier nubit, tunc enim initium familiæ Viri in liberis ſuis præſtat, finis etiam propriæ familæ exiſtit, quoniam ea extincta, intentum familia mariti, quantum 193
ad eam accipit, ſiquidem per filios ab ipſa progenitos ſuæ familiæ jus non retinetur, cum patris, & non matris conditionem ipſi ſequantur. Quæ ratio prorſus ſilet ubicumque mulier jungitur viro, qui familiæ, & agnationis ſui patris eſt, quia tunc mulier caput quidem familiæ dici quoad liberos poteſt, ſed non perinde finis; quinimò inveterari, ſalvaque per ea tum fieri agnatio ſolet, ac etiam incrementum accipere videtur, veluti quæ juxta à matre, ac patre robur habet, atque proinde quemadmodum eo caſu ad illam diſpoſitio, quæ ad agnationem conſervandam fuerat introducta, pertinet; ita multo magis ad fi- 194
lios ab ea editos ſpectare debere erit dicendum, quamvis illi per fęmininum; non per virilem ſexum defuncto conjungantur, indeque nonniſi per matrem proximiores exiſtant, cum iſta proximitas, quæ hoc caſu per fęminam habetur, ſit proximitas agnatitia, ex qua idem effectus, qui ex proximitate cum viro ſatis ſuperque reſultat, juxta ea, quæ non diſſimilibus pene verbis latè, & egregie ad rem diſſerit Gravett. *in itidem alleg. conſil.* 831. *ſub nu.* 195
3. *§. Si dixeris*, ſubdens ob id *numer.* 6. *ſive §. Quinto in ſpecie, in fin. verſ. Cur enim*, quod alieni à jure agnationis matris, ejus liberi non ſunt, dum agnatio, etiam ipſa ſublata, permanet, & ratio omnis quieſcit, propter quam jus diverſum conſtitui alias ſolet, & pluribus aliis confirmat *toto illo conſilio, & conſil.* 877. & antea *conſil.* 196
656. Et conveniunt etiam latè firmata per Bartol. Stell. apud Fuſar. *dict. conſil.* 19. *itidem per tot.* ubi inter cætera ſub *num.* 14. *§. Sed cum in caſu noſtro in fin.* animadvertit, quod iſto caſu duplici via conſervatur agnatio, ex quo ma- 197
ter eſt de agnatione itidem & pater, & ſub *num.* 32. *§. Reſpondetur quod licet*, ponderat quod licet maſculis ex maſculo duplici jure nitatur, quod ſit maſculus, & ſit natus ex maſculo, attamen non eſt magis de agnatione, quam maſculus ex fœmina nupta in agnatione, qui ulterius eſt proximior, ſicque pariter duplici jure nititur, repe- 198
tendo etiam *ibidem §. Alio etiam jure nituntur* ea, quæ paulo antè ex Cravetta adnotavimus, quòd in maſculis ex fœminis in familia nuptis, agnatio incrementum recipere videtur, utpotè quæ juxtà à matre, ac parte robur habet.

Undè hoc caſu tam ipſam fœminam, quàm filios ab ea ſuſceptos ſuccedere uti agnatos non videtur contendi à Doctoribus pleno calamo per nos ad firmandam eorumdem capacitatem quoad iſtas ſucceſſiones relatos, inter quos præcipuè Molpheſ. *in alias allegat. conſil.* 18. *numero* 17. dicit, quod licèt fœminæ ſint excluſæ à ſucceſſione majoratus, aut ſimilis diſpoſitionis ratione conſervationis bonorum in agnatione, ſive domo, aut familia, quæ in idem coincidunt *ſi aliqua fœmina nubat in eadem familia, & ſit proximior aliis agnatis maſculis, tunc fœmina illa, & ejus liberi admittuntur ad ſucceſſionem dicti majoratus, & fideicommiſſi tamquam proximiores, & agnati de eadem domo, & familia*, ſicuti & Faber *in C.*
199 *ſup. relat. lib.* 6. *tit.* 22. *defin.* 27. *in not. ſub numer.* 2. *juxtà poſtrem. edit. Lugdun.* ubi ità inquit, *Fęmina familiæ ſuæ caput, & finis eſt, &c. ſed intellige, niſi cum fęmina nupta eſt in familia, quo caſu, & ipſa admittitur tamquam agnata, & ipſi quoque liberi tamquam agnati, licèt ſint remotiores in gradu, perſona patris inſpecta, dum-*
200 *modò ſint proximiores inſpecta matre*, quoad ipſos filios maſculos ex iſtis nuptiis procreatos, nemo eſt, qui contradicat, & inter cæteros Trentacinque *de ſubſtitut. par-*
201 *te* 4. *cap.* 7. *ſub numero* 10. *§. Appellatione liberorum ad fin.* dicit quod iſti ſunt de agnatione, & ratio conſervationis agnationis in ipſis verſatur. Cum natus ex muliere ità nupta ſit de agnatione, ſicque in eis verificatur diſpoſitio, per quam maſculi agnati ſunt vocati, & in *ſeqq. §. Hanc concluſionem*, adnotat, quod in iſtis ſucceſſionibus nepos maſculus deſcendens ex fœmina à primo ſtipite, quæve ſit nupta in agnatione præferri debet aliis agnatis in gradu poſterioribus, quià cum iſte nepos ſit ita agnatus ſicut
202 alii, & etiam agnatus proximior per matrem, debet ipſe ſolus admitti. Et quidem jure, nam quemadmodum eſt certum, quod mulier ita nupta non deſinit eſſe agnata, quia agnationem conſervat, & familiam continuat, ut pluries diximus, & omnibus eſt in comperto, imò & agnationis gradum continuare poteſt, ut ſatis colligere eſt ex Doctoribus ſupra allegatis, & agnoſcit Rota *in rec. deciſ.* 89. *ſub num.* 6. *verſ. Nec videtur, & num.* 7. *p.* 6. *deciſ.* 53. *ſub num.* 8. *verſ. quamvis part.* 7. licèt in illis attenta peculiari diſpoſitione Statuti Januenſis, de quo ibi agebatur diverſimodè fuiſſet reſolutum, admittendo in priori ſolos gradus maſculorum, & in poſteriori etiam gradus fœminarum maſculis non extantibus, de quo tamen infra erit diſſerendum; ità propemodum erit certum quod eædem continuentur per ipſius filios, ut inter alios allegatos benè ponderat Ferdinand. Alphonſ. de Aquila *in ſæpè allegat. addit.* ad Roxas *de incompatibil. Regnor. & majorat. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 338. atque ſanè, ut hoc effectu inſpecto ipſa mulier ita nupta tamquam maſculus judicetur, ut idem proſequitur, ultrà alios ſuprà quoad hoc recenſitos, ideoquè remaneat ſine dubitatione, quod illius filii maſculi ſunt habendi, uti veri, & proprii agnati ad hoc ut tan-
204 quam tales ad ſucceſſionem, ad quas illi fuerunt vocati, ſint admittendi, abſque eo quod eiſdem obſtare poſſit præſumptio excluſiva agnationis ex fœminæ interpoſitione eodem modo, quo iſta fœminarum interpoſitio non cenſetur obſtare in agnatione artificiali, quin ad veræ agnationis imitationem, communiter pro agnatis recognoſcantur à Doctoribus maſculi à fœminis deſcenden-
205 tes, juxtà benè, & latè firmata per Pegas *de excluſ. incluſ. ſucceſſ. & erection. majorat. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 29. Sicque fortiùs quoad iſtas agnationes in ſucceſſionibus ſtatutariis requiſitas, in quibus id ex ipſa lege Statuti evenire dicendum eſt conſiderato effectu, ex ratione, quæ ipſi Statuto inhæret, reſultante, & ob quem iſti maſculi ſunt conſiderandi, ac ſi fœmina non ſe interpoſuerit, ut pariter idem Ferdinand. Alphonſ. dell'Aquila *ibid.* ad-
206 notat; necnon ex eo, quod cum fœminarum excluſio, ut ſæpius diximus propter agnationem fuerit introducta, cauſa agnationis perdendæ ceſſante in fęmina in familia nupta, jus tolli non convenit, quod propter ipſius agna-
207 tionis favorem fuit adinventum, ut ponderat Cravett. *dict. conſil.* 831. *ſub numero* 5. *§. Tertiò monendi ſumus ad finem.*

Confert etiam ad hæc Juris communis diſpoſitio, qua per Juſtinianum, antequam jure noviſſimo in ſucceſſionibus omnis ſexus differentiam eſſe ſublatam, nullumque amplius inter agnationem, & cognationem eſſe debere diſcrimen, extitiſſet demandatum, fuerat ſancitum, quod gradus filiorum ſororis, quamvis alià in ordine cognatorum ad juris agnatitii formam in legitima ſucceſſione eſſet translatus, ut in *l. lege xii. Tabularum* 14. *in l. meminimus* 15. *C. de ſuis, & legitim. hæred. & in §. ſed hodie* 4. *inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ.* cum concordantibus per Decian. *reſponſ.* 46. *num.* 102. *&* 103. *lib.* 3. Natt. *conſil.* 187. *num.* 5. Cacheran. *inter conſil. ultim. volunt. collect. per* Zilett. *tom.* 3. *conſil.* 138. *ſub nu.* 21. *verſ. Et dicit* Natta, Thom. Doccium *conſil.* 21. *num.* 8. *in fin.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 257. Mierez *de major. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 548. Altogr. Sen. *conſil.* 51. *num.* 6. *lib.* 1. indeque eoſdem inter hæredes legitimos loco agnatorum recenſeri dicit *gloſſ. in rubric. Codice unde legitim.*; ut propterea hoc attento filii fęminarum in familia nuptarum, ut ſunt ad præſens Bettinus, atque Octavianus multò magis ſint dicendi ſuccedere uti agnati maſculi, dum in ipſis uti filii ſororis viro de eadem agnatione nuptæ, veræ agnationis ratio verſatur, & ad eos jura agnationis æquè competunt, ac ſi ex agnato maſculo eſſent procreati, ut eſt caſus, in quo in individuo paris ſucceſſionis ad terminos ſtatutorum Dertonæ, & Mediolani conſuluit Guidobon. *advoc. civil.* 100. *à num.* 4. *ad* 13. *junct. princip.* & præcipuè *num.* 11. *&* 12. Et quidem, ut ex hac juris communis diſpoſitione iſti ſororum filii æquiparentur veris agnatis, ut dicit Sappia *in repetit. leg. qui ſe patris numero* 69. *&* 70. *Codice unde liber. tom.* 8. *rep.* 211
civil. fol. 135. *juxta antiq. edit.* atque conſiderentur uti maſculi agnati per virilem ſexum conjuncti, juxta ea, quæ adnotat Myſinger. *in ſchol. ad §. hoc etiam addendum* 212
numero 1. *in fin. inſtitut. de legitim. agnator. ſucceſſ.* ibi „ *quos ex capite cognatorum transfert in caput agnatorum, ut perindè habeantur, ac ſi agnati ſint, noſque per maſculum attingant.*

Et quamvis Redenaſch. *conſ.* 27. occaſione ejuſdem Statuti Mediolanenſis eam videatur tueri ſententiam, 213
quod jura prædicta non habeant locum in ſucceſſionibus, quæ vigore ſimilium ſtatutorum, fęminis excluſis, agnatis maſculis deferuntur; immò hoc eſſe commune Doctorum placitum conetur oſtendere, ex quo eadem jura loquuntur de filiis ſororum, qui verè ſunt cognati, illos ex quadam legis machinatione per fictionem inter agnatos adnumerando, ideoque non niſi impropriè, & abuſivè dicuntur agnati; ſtatutorum vero verba ſunt in caſu vero, non autem ficto accipienda, nec aliam, quam propriam ſignificationem recipiunt. Attamen poſthabita diſpoſitione an filii ſororis, quo jus voluit loco agnatorum haberi, ſint propriè agnati quemadmodum 214
diſputativè dici poſſe autumat Gerard. Mazol. *conſ.* 76. *numero* 40. *&* 41. nec non an dato, quod non ſint propriè agnati, ſed tantùm largè, & impropriè dicantur tales, juxta notata per Dec. *conſ.* 13. *ſub nu.* 7. Pedrocc. 215
conſil. 33. *numer.* 14. *& alios* per Pegaſ. *de excluſ. incluſ. ſucceſſ. & erect. majorat. cap.* 15. *num.* 29. *poſt medium, & cap.* 17. *numer.* 94. *pariter ad med.* adhuc quoad jus ſuccedendi ex liberalitate legis inter agnatos ſint admittendi etiam in ſucceſſionibus ſtatutariis, ut voluit Bero. *conſil.* 146. *num.* 9. *lib.* 2. Animadvertendum id inibi ab ipſo Redenaſco, & ab aliis, quos refert, potiſſimum fuiſſe aſſertum, quia illud ſtatutum, prout & cætera ſimilia favore agnationis fuerunt condita undè vocando agnatos ſolummodo de iis, per quos agnatio conſervari poteſt, loquuta fuiſſe, videtur dijudicandum, & propterea non de filiis ſororis, quamvis ad legitimam agnationem translatis, quia ſoror licèt ſit agnata, nequit agnationem continuare, quodammodo intelligendo de filiis ſororis nuptæ in aliena familia, ut ſatis elicere eſt ex his, quæ tradit *numero* 28. *&* 19. *cum ſeqq. & ſub num.* 23. & ex his quæ antea firmaverat Brun. *de ſtat. fęm. excluſ. art.* 6. *ſub num.* 324. ab ipſo allegatus; non negando tamen, quod ſtatutum etiam caſum fictum compræhendere valeat quando verus, & fictus æquiparantur, & in utroque mili- 218
tat eadem ratio conſervationis agnationis, ut ſub *n.* 24. *&* 25. Sicuti etiam quod ex ſtatuentium mente, & ratione ad iſtum effectum verba etiam impropriiſſimè accipi poſſunt, ut *n.* 26. atque proindè ex his non obſcurè admittere videa-